

2

Beatissime Pater
Felice de la Cruz Granada B. 3

2

Post debitum sanctorum pedum vestrorum oculum et religiosam extorcorde obedientiam.

Actis.

(1)



Dua propositiones in hoc vestro Complutensi Theologorum gymnasio propositae et assertae ad
vestrum Apostolicum delatae sunt: Pater sanctissime tamquam graui nota dignae et rigi-
dae censura a Catholicis cui praesidetis Ecclesiae relegandae. Prima est non est defide-
sum numero hominem exempli causa Clementem VIII^{mo} esse verum Papam: secunda
est Con^o generale, sive congregatum sub obedientia Romani Pontificis eiusque legati
in illo praesidentibus procedens, est infallibilis regulae fidei, et moxum adhuc ante Consi-
mationem Romani Pontificis. Et ut vestrae hae scholae quae semper fuit, non modo in
orthodoxa fide integrae, verum etiam eiusdem verae et synerae fidei munificentissimus
propugnaculum: quod vestrae Apostolicae sedis sequi experta est: in antiqua illa sua
quam emeruit existimatione in conuicta permaneat animus est subito opprobrio
obstendere, utramque illam propositionem catholicam, et sanam doctrinam continere,
et nulli caruisse iuste posse aliquam notam iniuri: quod sigillatim de vnaquaque pe-
culiani agitatae quaestione praestabimus. Verum tamen priusquam manum operi admo-
ueamus Pater beatissime quid quid in illo dixerimus, imo quidquid aliud profecerimus,
et sentimus, omne id vestro apostolico iudicio submittimus: certi et securi quod inde
veritatis oracula, et diuina responsa suscipiemus: et in nos sicut et in reliquos
omnia membra Ecclesiae catholicae puritatis fluentia diffundentur. testatum etiam
cupimus B. V. et omnibus qui hoc nostrum opusculum perlegerint nihil nos in
illo contendendo, aut proteruendo affirmare: sed sincero corde et religioso affectu
tamen qui linguas infantium fuit diuersas comperendas non erit. iam ergo diu-
no numine vestraeque Beatitudinis auspicijs roborati, quaestiones aggredimur eodem,
quo propositae sunt ordine disputandas.

1^o Utrum sit defide sume numero hominem exempli
2^o gratia Clementem VIII^{mo} esse verum Papam.

Supponit haec q^o Romanum Pontificem esse verum Papam et legitimum Petri Apostoli
successorem in eadem Petri dignitate Primatus: quod est defide certum, quod
quid contra procaes et stupidi garriant heretici, quos tam antiqui quam praesentis
saeculi Theologi gloriosissimos debellauerunt, non minus pie quam vtiliter certantes qua-
re de haere nihil nobis est in praesentia dicendum.

Secundo supponendum est sanctissimum Dominum Nostrum Clementem VIII^{mo}
esse verum Papam quod apud omnes Catholicos adeo certum est, ut qui oppositum
affirmare audeat, imprimis esse temerarius, ut prope qui contra communem
consensum Ecclesiae eundem S. D. N. ut verum suum Papam et caput suscipi-
entem, et adorantem sine aliquo vel apparenti saltem fundamento procaeserit
in surgere. 3^o esset vere schismaticus quippe auerso ei iudicatio huius uniuersalis
capite deficiens. Tertio esset despectus valde suspectus quia cum iudicatio huius
eius legitima et canonica electio non tam electionem quam electi potestatem ac
promde legitimam successionem Romano-Romano Pontificum in Petri cathedra merito

presumere tua negare et hinc quarto si contumaciter proterueret esset pena hereticorum puniendus. igitur constantissimum est et prorsus indubitatum, predictum sanctissimum Dominum Nostrum esse verum Papam, neque ex his qui christiano nomine consentunt, fuit unquam, aut erit aliquis tam impio et scelerato animo, tamquam veritatis et christianae pacis inimico, qui hanc veritatem nondiam nefare, id neque indubium aut disputatorem aliquo modo reuocare audeat: imo si quis inaletem impietatem se praecipuum daret, obturarentur omnes catholici aures ne tam impiam et nefariam vocem audirent // 110.

Tertio sciendum est sanctissimum Dominum Nostrum non esse assumptum in exemplum in questione proposita, ex aliqua peculiari ratione, quae in illo, potius quam in alijs sanctissimis recordationis predecessoribus suis, hanc questionem dubiam reddat nulla namque talis est aut esse potest. si sicut theologo eandem questionem attingerent subiecto exemplo in Pontifice sui temporis, aut in alio cuius primatus esset omnibus notorius et indubitatus: sic nos, eadem certitudine predictum S. D. N. in exemplum adducimus: cum enim questio sit de singulari Pontifice ansit de fide certum esse verum Papam, res melius intelligitur subiecto exemplo indeterminato nominataque persona // 111.

Hinc quarto sciendum est hanc questionem nequaquam posse procedere in primatu Dni Petri illum namque fuisse verum Papam, et visibilem caput Ecclesiae, ab eo tempore quo christus Dominus rediens iam ad Patrem, suam illi Ecclesiam regendam tradidit et illum suoloco substituit dicens pascite oues meas Ioannis vigesimo primo de fide est ex eodem testimonio; et hanc supremam potestatem in Ecclesia exercuisse, etiam est de fide inuariabilis in actis Apostolorum; et etiam nullo usque ad mortem est pariter certum, ex communi sensu Ecclesiae, licet tempus sua mortis, et gloriosissimi martyrii non constet eadem fide. Petrus igitur excepto, de quo uis alio singulari Pontifice Romano questio proposita aequae procedit // 112.

In qua prima sententia est affirmans esse de fide quemuis singularem Romanum Pontificem ac perinde etiam sanctissimum Dominum Nostrum (Clementem esse verum Papam. Quam sententiam (quod ego nouerim) ex eorum autoribus solus docuit Gregorius de Valencia libro septimo de Analysis fidei catholicae capite tertio decimo in solutione quarta argumenti quod neque absolute prouult, sed de illo tantum, qui statuit aliquid in fide aut in moribus quoad uniuersalem Ecclesiam pertineat (verba sunt eius) quales vero sunt actus quos cum praestiterit sumus Pontifex relinquatur esse de fide certum verum esse Papam ipse postea exprimit S. deinde diuimus: non refero ne in istis immores que ad presens institutum minus conferunt. Fundamentum suum autoris est deductio ex duabus propositionibus de fide hoc modo. quem christus dominus in his que vel ad fidem vel ad mores pertinet. ab uniuersa Ecclesia audiri uult is uerus ac legitimus pastor est Ecclesiae uniuersae. Id ad Pontificem ab Ecclesia legitimo modo electum cum is aliquid ad uniuersam Ecclesiam pertinet in fide aut moribus statuit, audiri uult christus dominus ab uniuersa Ecclesia. ergo ueris pastor est uniuersa Ecclesia. maiorem praesentem si discursus probat S. sequenti ex illis testimonijs marci. 16. que r. et i. a. i.

in quibus abstrahitur primatus Petri. I' ulterius sequenti probat' minorem assumptam
 ex illo ad Hebreros ib. ut per repositos suos audiant. itaq' ex hoc no discursus existi
 mat esse defide esse verum Papam quemuis singulariter qui aliquem sumi Pontifi
 cis alium circa uniuersam Ecclesiam exerceat " " "

Secundo probari potest eadem sententia ex Bulla Martini quinti qua damnat
 errores Ioannis Viclephi et Ioannis Husz. et approbat damnationem eorumdem
 factam a Concilio Constantiensi habetur inno quarto Concilio ad finem eiusdem
 Concilij nam inter alia inquirenda. ardeuntibus ab Hebræi vel de illa suspensis, sic ait Pon
 tifici: item utrum credat quod Papa canonice electus qui pro tempore fuerit eius nomine
 Episcopo expresso sit successor Beati Petri habens supremam auctoritatem in Ecclesia Dei.
 Ex quibus sic potest firmari argumentum. quicumq' fidelis tertius credere fide diuina
 quod quilibet Papa canonice electus est verus Papa et successor Diui Petri ad huc particu
 lariter Vg. Clemens Vus est canonice electus ergo credendum est fide diuina quod Clemens
 Vus est verus Papa. Et confirmatur ponderando illud eius nomine proprio expresso
 quo satis indicatur non solum generaliter et quasi inconfuso esse certum fide credendum
 quemcumq' canonice electum esse verum Papam ad specialiter. Dennoquoque Vg. Clemen
 te Vus Gregorio, verbaro h' fide diuina credendum esse verum Papam: patet quia
 non potest exprimi nomen proprium aliuui singularis = vagi sed tantum signati, et
 determinati Vg. Clementis Vus ergo de illo fide diuina credendum est esse verum Papam.



Tertio probatur eadem sententia ab inconuenienti vel deducendo ad impo
 ssibile = quia non est defide hunc particularem hominem, exempli gratia, Clemen
 tem Vus esse verum Pontificem ergo quod determinat et difinit ut Papa non est.
 de fide: consequens est hæreticum ergo et antecedens. Probatur consequentia quia in
 tantum est defide tenendum quidquid difinit in fide vel in motibus in quantum
 est verus Papa, atque adeo in quantum habet assententiam spiritus sancti ad di
 finiendum: sed non est defide certum quod sit verus Papa ergo neque quod habeat.
 Sic et nunc apertentiam spiritus sancti ad difiniendum ergo neque quod difinit est
 infalibilis et diuine veritatis ex sua difinitione " " "

Ultimo probatur quia non est defide certum, sume numero Papam esse
 verum Papam ergo neque alicui aliquo (prope Petrum Apostolum) erit defide
 certum esse verum Papam ergo neque est defide certum habens continuatam esse
 successione Romanorum Pontificum in Ecclesia ergo neque quod impleta sit illa Christi pro
 missio qua Primatum perpetuum constituit in Ecclesia pro Petro et successoribus eius,
 consequens nemo Catholicus affirmabit ergo neque antecedens. Et confirmatur vigen
 do inconueniens supra allatum: quia nihil erit defide quod habens sit per
 Romanos Pontifices difinitum ergo omnia nutabunt in Ecclesia, et de pluribus dogma
 tibus difinitis, ab his qui prætererunt sumis Pontificibus dubitari poterit = con
 sequens est hæreticum ergo et antecedens. Hæc sunt huius positionis fundamenta.

Secunda sententia affirmat quod licet dennoquoque singulari Romano
 Pontifice non sit defide perse primo quod sit verus Papa, sit tamen defide perse
 se secundo, et habitus fide diuine perse secundo inclinat ad id credendum. ita
 Baneus in quibusdam quas nunc denuo emmissis assertionibus et S. D. N. dicit.
 et quantum ego auge illud appellat perse secundo defide quod licet verum sit potest
 tamen illi subesse falsum. Fundamentum huius auctoris nullum aliud inuenio quam
 velle suam prioris sententiam nouis inductis uerbis vel ædificare vel temperare

Nihilominus oppositam sententiam quae docet non esse defide sume numero hominem esse verum Papam ut per validioribus iustam fundamentis probabilem, et ab omni notabili veram esse dubitari non potest: quod ex nobis capitibus plane ostendamus: ex singulis igitur argumentabimur: et 1º ab unanimi Theologorum consensu quotquot rem hanc attigerunt singulorum verba referamus ut uniuscuiusque mens clarius pateat //

Cardinalis Turresemata vir suo saeculo celebris et nobis in summa ecclesia. l. 4. p. 2º c. 9º istam propositionem Thomas de Sarzana est verus Papa sic appellatione habetur ante Pontificatum ille qui tunc in sede Apostolica sedebat et postea dicitur est Nicolaus 5º itaque illam propositionem dicit esse non de fide sed sapientem veritatem oblativam. cum definiat propositionem quae non est oblativa vel de fide sed sapientem fidem vel oblativam veritatem subdit exempli gratia qui a nunc in Apostolica dignitate sedet Magister Thomas de Sarzana ista Thomas de Sarzana est Papa est propositio sapientem oblativam veritatem quod insequentibus probat quia colligitur ex altera propositione de fide et altera quae non potest rationaliter negari hoc discursu. quicumque canonicus electus qui pro tempore fuerit eius nomine proprio expresso est successore beati Petri et verus Papa id Thomas de Sarzana est canonicus electus 7º est verus Papa. Maior est de fide ex v. in nomine Domini et ex bulla Martini 5º in verbis supra relatis pro opposita sententia. minor non potest rationaliter negari ergo conclusio est sapientem fidem vel oblativam veritatem. Eius istam propositionem Thomas de Sarzana est verus Papa aperitissime dicit non esse de fide sed sapientem fidem. et ne quis fallatur quod ibidem aliquid quando appellat propositionem oblativam illam quae sapientem oblativam veritatem, et inde existimet idem esse quod propositio sit de fide vel sapientem fidem advertat primo indubitatum esse apud omnes quod distinguitur propositio de fide et sapientem fidem. secundo quod idem author distinguit et condistinguit utrumque membrum seu genus propositionis dicens. oblativum genus distingui potest eorum propositionum quae et si absolute oblativae non sunt sunt nihilominus oblativam veritatem sapientes, sunt enim oblativae veritatibus proximae. unde veritas sapientem oblativam veritatem potest si defini. veritas sapientem oblativam veritatem sive fidem ex consequenti est illa quae adiuncta sibi aliqua alia veritate ad fidem non pertinentem nihilominus quae rationaliter negari non potest, fiet veritas oblativa: et statim subdit exemplum verbis iam relatis: eandem ergo quam prius dixerat oblativam postea dicit esse sapientem oblativam veritatem, et ita dum illam appellavit oblativam satis constat in quo sensu loquatur ut per oblativam intelligat illam quae ad catholicam accedit vel illam sapientem // Secundo idem author capite 2º sequenti defendens suam illam sententiam quod Papa eo ipso quod sit haereticus quamvis sit occultus est iure divino privatus Papatu: respondensque quartae rationi in oppositum possibile putat quod mulier, Paganus, et infidelis, possit haberi pro Papa, si existimetur christianus, et ait in haec verba: cum ergo constet quod aliquando mulier a catholicis putabatur Papa, et eadem ratione aliquis Paganus, vel iudeus, retinens in corde infidelitatis perfidiam posset putari christianus. et in Papam assumi, non est incredibile, quod aliquando haereticus habeatur pro Papa licet Papa non sit, eo quod iure divino sit privatus Papatu. quod clarius precipue cum constantissimum sit non posse esse Papam qui non sit vere baptizatus, et iure ordinatus ut infra dicitur unde manifestum relinquitur quae sit eius sententia

capitolo nono precedenti // 3.

2

Cardinalis Cautanus I^o q^o 1^o ar. 3^o circa solutionem ad quartum con-
tendens hostiam consecratam esse adorandam hū et nunc absolute et sine conditio-
ne etiam si non sit de fide hū et nunc corpus Christi sub illis speciebus contineri, sicut
neque illi sint rite consecratae ut id probet afferit exemplum in hac verba. nam ab-
solute adoramus summum Pontificem absolute et similiter alios Episcopos, et ta-
men secundum istorum timorem sub conditione essent venerandi quia quis scit
si iste sit baptizatus? et si ille qui baptizavit eum habuit mentionem conferendi
sacramentum baptismi? et infra dicit illa omnia scilicet esse Papam, esse Episcopum,
esse sacerdotem vere absolbere et illa inquam omnia ex mentione dependenti
conferentis sacramenta. De merito huius autoris nullus est tergiversationis locus

3

Cardinalis Belarminus l. 4. de Romano Pontifice c. 10 in quo et alij contendit
nullum Sacerdotem Romanum Pontificem in haeresim aut errorem contra fidem mi-
nisse et venisset ad Stephanum VI^m et Sergium VI^m qui errorem in simulatur
eoguo statuerunt Formosum Papam predecessorem suum non fuisse verum Papam
sic scripsit. Respondeo errasse Stephanum VI^m et Sergium VI^m id in questione
facti non iuris et malo exemplo non falsa doctrina. Expendantur singula verba,
et patet quam aperte subscribat hanc nostram sententiam = nam eodem libro c. 2^o
§ secundo observandum = statuit quod apud fideles certum est Pontificem posse erro-
re non controuersis facti ut antequam sit promovendus ad Episcopatum an iure fue-
rit promotus an videatur deponendus: quando ergo dicitur questionem de vero Pon-
tificatu Formosi fuisse questionem facti sentit esse de illis in quibus de excernendis
Papa potest errare. et hinc § sequenti ad finem sic loquitur. praecipua ergo questio
fuit an Formosus fuit Papa legitimus necne: in quibus questionibus non ne-
gamus posse errare Pontificem et de facto errasse Stephanum sextum et Sergium
sextum. secundo addidit malo exemplo non falsa doctrina id est, non contra fidem,
nihil enim aliud potest in proposito illis verbis intelligi. Tertio quia si sentiret
esse de fide hanc particularem esse verum Pontificem idem existimaret de
Formoso qui quibus annis et sex mensibus, ut talis habitus est abnuersa
Eclesia ergo non excusaret in eis neque excusare posset Stephanum et Sergium,
qui oppositum docuerunt. // 3.



4

Gerson antiquus theologus qui interfuit Concilio Constantiensi Alphab. 14
littera f. sic loquitur. Et sic potest describi propositio sapientis haeresim, quod est
propositio ex cuius coniectione praesumpto aliquid quod non potest rationabiliter
negari sequitur haeresis infide ut si quis diceret Beatus Gregorius non fuisse Papa:
quia supposito quod non possunt rationabiliter negari historia dicentes ipsum
fuisse rite electus, et susceptum in Papam, licet non sint de fide, sequitur
ista haeresis quod rite electus in Papam non est neque Papa. // 3.

hac sententiam tenet et joan-
nus major sup euangelia
in fine § 2. in euange-
liorum illustratione n. 10
et ponit exemplum in
Scto Damaso

5

Vega lib. 9. in tit. 1^o Con. c. 33. cum loqueretur de propositionibus,
que misceuntur ex una de fide et altera lumine naturali nota, subicit in hac
verba. Idemque patet de propositionibus, quae dependent ad definitionem Conciliorum
generalium vel Papa, omnes illae supponunt istas propositiones hoc Concilium est
legitime congregatum, si Papa est rite et canonice electus, quae quidem non sunt
revelata sed evidenter cognita // 3.

6 *Alphonsus de Salsis* libro: contra hereses 6^o ad medium id non solum de seruo do-
cuit id probavit sequentibus verbis. quamvis enim credere tenemur ex fide verum
Petri successorem esse supremum totius Ecclesie pastorem, non tamen tenemur eade-
fide credere Leonem aut Clementem esse verum Petri successorem, quoniam non
tenemur ex fide Ecclesie credere eorum quemlibet ritus et canonice fuisse electus:
quo fit ut qui obedientiam denegaret Clementi aut Leoni hac ratione scilicet quod di-
cat eum non fuisse ritus electum et isidori matius dicendum sit non tamen haereticus
censendus, cum per hoc nulli veritate Ecclesie obicit: non enim ad fidem catholicam
spectant ea, quae ex facto nunc pendunt, sed ea quae ex iure: alioqui si ea ad fidem catho-
licam pertinerent fieri oporteret necessario ut Ecclesia aliquando infidei deliqueret,
quod nullus sanae mentis inquam admittet // //.

Idem Autor lib. 2^o de iustis haereticorum punitione 6^o 2^a diluens quidam
quintus Caietani suam tandem loquitur. Sicut si aliquis non baptizatus ordinatus pres-
byter sicut aliquando contingit constat ex titulo, qui de hac re inscribitur in decretalibus,
et ille postea efficeretur Episcopus, et tandem Papa, et multos ordinaret Episcopos et con-
secraret sacerdotes tunc sicut ille non esset sacerdos, ita nec Episcopus, nec Papa, quamvis
ut talis reputaretur, quo eventus necessaria esset confusio ordinum Ecclesiae athenis:
+ credendum tamen est ut beatus Thomas in 4^o sententiarum distinctio 14^a Deum tunc sub-
venturum Ecclesiae, daturumque illi convenientem remedium sicut illi, quando mulier, seculus
mentitas masculinum, in Papam electas, et protali per aliquos annos reputata est: et
quamvis hoc referat ex Turresemata approbat tamen, et illos omnes casus possibili-
reputat // //.

7 *Condubas* lib. 1^o questionarij q^o 17. S. 12. postquam approbavit illam definitionem
propositionis sapientis fidem, quam supra ex Gersono retulimus subiiciens exem-
pla tandem suam scripsit. Similiter sapit fidem Haec propositio Beatus Gregorius fuit
Papa quia bene sequitur omnis canonice electus est Papa Beatus Gregorius fuit
canonice electus ergo fuit Papa et eandem consequentiam alijs modis format, et
tandem subiungit: patet hoc in utraque consequentia quia fuit canonice electus quod
rationabiliter negari non potest, et non propter aliud quisquam est Papa et S. 8^o sequens
in imprimis, idem exemplum adducit declarando quid sit propositio sapientis
haereticum, et arguendo per oppositum // //.

8 *Diedo* lib. 1^o de libertate Christiana 6^o 4^o in secunda opinione asserente verum
Papam eo ipso quod esset haereticus occultus esse iure diuino depositum: respondensq^{ue}
illi argumento in contrarium quod sequeretur ex hac opinione, perturbatio
Ecclesiae suae ait. Neque in illo casu nulli modo ad salutem Ecclesiae necessarium confunde-
retur, nempe spiritus sanctus Ecclesiae presidens dirigeret illam in necessarijs, etiam
si quisquam Iudeus, aut Paganus, non baptizatus, neque unquam corde vero Chris-
tianus eligeretur in Papam. Eubume caput existimat possibilem, atque adeo non
esset defides sume particularem hominem esse verum Papam // //.

9 *Almajinus* de autoritate Ecclesiae 6^o 10. ad finem, cum dixerit Concilium gene-
rale esse infallibilem autoritatis in definiendo res fidei subdit. De errore autem facti
quod quidem factum ex sacris literis trahi non potest Concilium posse errare
nemo est qui diuino, neque illustratum a spiritu sancto speciali illo agnitione
nisi in necessarijs et ex hoc sequitur non oportere quamlibet sententiam

Diffinitio hanc Concilij esse veram, aliquos enim eius sententia infacta consistit puta quod iste sit Papa vel non sit Papa, seu quam aperite dicit hoc non pertinere ad fidem sed esse rem facti // 113.

10 Petrus de Bolo in aetionibus canonicis B. classe infirmans illam rationem quae probatur Papam ob defectum occultam non esse ipso facto depositum, nempe quia essentibus meriti de valore et efficacia actionum spiritualium per Pontifices hereticos factarum, siq; confusio in Ecclesia generaretur, et fieret, haec protulit verba. haec tamen ratio inefficax est tum quia forte similis inexactitudo est, de actionibus spiri- tualibus Christianorum, et Catholicorum Pontificum, cum fieri possent, et contingere quod tales, qui pro legitimis Pontificibus sentiant, et credunt humanam fidem cui falsum subesse possit, veri tamen, et legitimi Pontifices non sint, aut quia vere non baptizati, aut quia non vere instituti, et consecrati // 113.

11 Dominicus Baries 1^o 2^o q^o 1^o ar^o 10. in prioribus commentariis, dubio 2^o ad 1^o multum est inhaerens ostendens id non esse de fide etiam postquam Papa aliquid diffinitive de fide de quod iste singularis homo sit verus Papa semper esse talem veritatem, cui potest subesse falsum. et tandem subdit. hoc enim dependet ex pluribus circumstantiis quae possunt de fi- cere ut v.g. necesse est illum esse baptizatum, et fortassis non est baptizatus, et similiter per- det ex eo quod iste sit vir, et fortassis est femina, sicut vulgo dicitur de Joanne B. plu- rium addunt ad hoc propositum // 113.

12 Michael Palacios in 3^o d^o 14^o disputatio 2^o ad 6^o ad finem solutionis si protulit. Porro obijciens forsam, quid ergo electio Pontificis sui aut illis potest esse ex iure nulla quin simoniacos vel alias? si ergo non est de fide quod hic est Papa, vel ille, quomodo de iustis eius sunt de fide observanda ut de fide? At dicit quam diu Papa tolleratur ab Ecclesia Dei quamvis electio eius sit ipso iure quassata, de iustis eius, aut alia iudicialia sunt vigentia nam error publicus gestum iudicium substat. Quamquam igitur non sit de fide hunc esse Papam at de fide est quam diu ab Ecclesia tolleratur ut Papa gesta illis habere Papalem vigorem praesertim in hijs quae iurisdictionis sunt.

13 Rodericus de Asma delgado lib. 3^o. de auctoritate sacrae scripturae cap^o 3^o non longe a fine cum obijciat, sibi indubie non esse Pontificum de vetera, quippe eorum firmitas a legitima Pontificum electione penderet, quae talis existimari con- tringeret et non esset, fatetur id accidere posse hijs verbis. Certe quae iure legiti- ma sit non cunctis evidentiis nec sacrae fidei certitudine constat, quae tantum asserit eum qui rite delectus sit christi vicarium interius supremam potesta- tem super ecclesiasticam Hierarchiam a domino consequi. et in sequentibus late ex- plicat quomodo infallibilitas diffinitionum Pontificis non pendeat ex eo quod sit de fide Papam diffinitivum esse verum Papam. // 113.

14 Aragon 1^o 2^o q^o 1^o ar^o 3^o circa solutionem ad 4^o si ait, et confirmat: absolute adoramus Pontificem, et alios Episcopos, et tamen non est de fide certum quod iste sit summus Pontifex, aut Episcopus, ergo dicendum idem est de hostia consecrata. // 113.

15 Paulus Gryaldus Perusinus in suis Catholicis de iugibus verbo adoratio- nis 4^o docens hostiam consecratam esse sine conditione adorandam, sic loquitur. nam nostrum est credere hostiam esse sub speciebus panis, et vini, et hoc praecipit fides,



non tamen Sane Sorianam: nec tamen conditione positiva adorare debemus, nam
alij Sacerdotij bonus est; nam neque Papam veneramus neque Episcopos, aut
Sacerdotes sub conditione, de quibus ignoramus, an sint baptizati, et vere ordinati.

16 Hic eximius de la Ruas controuer^a 3^a scholastica. S. quare demum rationi,
loquitur sicut Driedo quem supra retuli, et admittit feminam posse in Papam
assumi, et Pontificem coipso quod sit haereticus quamuis occultus esse depositum:
Denique Respondens obiectioni sumpta ex perturbatione Ecclesie qua inde sequeretur,
inquit. Rursus contingere posse in Sacerdotem, et Episcopum, ac in sumum Ponti-
ficem assumi hominem reuera non baptizatum, qui rursus putaretur Pontifex,
et tamen tunc credendum esset semper Christo suam Sponsam Ecclesiam scilicet
protegentem, inde non uenturam Ecclesiastici ordinis perturbationem. //

17 Sane repetitione. 9. de iurisdictione c. q. paulo post medium contendens
hanc consecratam non esse sub conditione adorandam ait in hac uerba. Alioqui
si sub conditione adoraretur Christi caro in iurisdictione, nihil non sub conditione
a Christianis in religione agi oporteret: ad eundem, venerandi, q. sub conditione essent
Episcopi, presbyteri atq. alij omnes ministri; si nimirum legitime baptizati, ordinati,
rite ac legitime baptizarent, consecrarent, absoluerent. Haec enim, et similia pendunt
ex intentione tum ministri, tum suscipientis. et paulo infra. Homines enim huma-
na sufficit certitudo. Licet haec omnia dicuntur ex intentione hominum pendere, et solus
humana certitudo constare, idq. sufficere, ut Episcopos suscipiamus, et veneremus,
reliquosq. Ecclesie ministros ubi non dubium, quin comprehendat sumum Pontificem.

18 Cui Theologis deniq. Melebor (sane uir acris ingenij et eruditione repletus, ta-
meti Sane nostram sententiam expressis uerbis non affirmauerit, necessario ta-
men sequitur. ex hys quae docuit lib. 6. de locis, c. ult. S. si et id potuimus: primo quia
ibidem sic ait. quod Sacerdotes nostra ueritate suis auctis Episcopis fuerint consecrati, non
est sacris literis proditum sed res gestas potius est, quae ex auctis et animo consecrantium
pendeat. Quis non uideat idem necessario diciturum de baptismo, ordinatione, et co-
secratione summi Pontificis in Episcopum? at nisi sit uere ordinatus, et baptizatus,
non est uerus Papa. 2^o sentit esse uerum Papam rem esse facti non ad fidem perti-
nentem. 3^o quia Paulo infra sic scripsit. Ad eundem profecto modum, qui ne-
gauerit Romanum Pontificem eandem habere potestatem, quam Petrus a Christo ac-
cepit fidei aduersarius censendus est, quamuis ex Euangelio nil aliud proximo illi
gatur, quam Petri successores eundem habere cum Petro principatum, quia si huius
Euangelij conclusioni illam addas, Episcopum Romanum esse Petri successorem, quam
ex historijs ac traditione uirorum grauissimorum accepimus manifeste colligitur.
Romanum Episcopum, et ceteris Episcopis superiorem esse, et eandem habere in Ec-
clesia potestatem, et auctoritatem quam habuit Petrus. Certe si Romanum Episco-
pum esse successorem Petri dicitur ex sola fide historia et hominum constare,
multo potius dicitur non esse de fide sume partem habentem hominem esse uerum
Papam et Petri successorem si morali certitudine constare. Verum tamen est
quod ille in eo falsum assumpsit quod dicitur sola fide hominum constare Roma-
num Episcopum esse Petri successorem, quia hoc est de fide ex traditione, et ex consen-
su Ecclesiae in hanc ueritatem tamquam in dogma fidei: ut modo aliunde supponit,
et ipse. S. sequenti approbat et sequitur. //

19 Nec defuerunt exiure consulti, qui eidem sententia paticinuerunt. Nam Arnaldus Albertinus in tractatu de agnoscendis assertioibus catholicis et hereticis q. 1. infine cum eadem diffinitionem praemisisset propositio mis sapientis catholicam veritatem quam ex Gersono et Turreshemata supra retulimus subiecit haec verba. exempli gratia quia nunc in Apostolica sede sedet Ioannes Maria de Monte ista propositio Ioannes Maria de Monte est Papa est propositio sapientis catholicam veritatem quod in sequentibus probat eodem discursu quo Gersono et Turreshemata, idem q in exemplo variauit personam. Et hic autem docet istam propositio nem Ioannes Maria de Monte est Papa non esse defide sed sapientem fidem. // 113.

20 Iacobus Symoncaus in catholicis institutionibus titulo 54 n. 10. retulit Gersonem Turreshematam, et summo Arnaldum Albertinum, approbavit eorum doctrinam, et diffinitionem propositionis sapientis heresim, non uero subiecit exemplum. credibile tamen est quod si exempla allata ab his autoribus displicerent improbarent illa.

21 Referri solent pro hac sententia Axiomata Christiana lib. 2. a. 6. c. 11. si reuera ibi nichil ad propositum. et Dekam lib. 1. et Dialogorum Summe uero autem non legi. // 113.



Tandem in eadem sententia sunt quotquot existimant Papam occultum hereticum esse ipso facto depositum cuius plurae fuerunt Turreshemata Ioannes Diedo, Petrus de Bollo loiy supra citatis, et nouissime Alphonsus Salmeron tomo 14. disputatio 14. super ad Galatas b. p. 619 col. 1. ad initium et plures alij. Quot quot et recipiunt hanc sententiam, et opinio nem, ut probabilem licet falsam existimant, ut Caietanus, et plures alij ex antiquioribus. Imo quicumqz illam nondamnat ut erroneam, quam notam nullus hactenus illi infuit, patet quia omnes praedicti auctores numquam docuerunt esse defide quod Papa non sit occultus hereticus. Sicut etiam in hac nostra sententia quotquot verum aut possibile iudicant feminam fuisse electam in Papam in quibus est Antonius 12. p. 11. c. 1. d. 7. Quos quicumqz existimant non esse defide aliquod in particulari Concilio generali fuisse congregatum, tamen de defidesint, quia in illo diffiniuntur qui aut ubiqz aqua militat ratio in quibus est Belarminus lib. 2. de Concilio, autorit. c. 9. in solutione ultima Questionis. Quis ergo tot, tam catholici tam pios, et graues auctores, erroris damnet, quos hactenus de hac sententia nullus reprehendit vel notauit? imo cum nullus contra illos proferatur ut iamurges secundaratione. // 113.

2. probatur eadem sententia ab autoritate negativa, qua in proposito est validissimum argumentum. Cuius non est dicendum esse defide quod a maioribus nostris numquam audiimus esse defide, sed numquam hactenus audiimus Plurimam singularem hominem u. g. Urbanum, vel Innocentium esse verum Papam fide diuina constare qd id non est defide. Maior propositio patet, nam quaecumqz sunt defide, ad nos ex maioribus nostris perueniunt: neque potest nunc aliquid credere fide diuina nisi nobis ut tale sufficienter proponatur. Minus probatur, quia nullus hactenus ex Patribus Eccliae, neqz ex classibus Theologorum

Docuit esse defide Summe singularis hominem esse verum Papam; vel producat
aliquis si potest aliquid illorum pro opposita sententia testimonium. Quod eoma-
gis urget quo ab Arrio usq; ad nostra tempora haereticum Romanum Pontificis auctoritatem
imperiter non cessarunt: si hoc ergo esset dogma credendum quemcumq; singula-
rem esse verum Papam, qui fieri potest quod numquam id fuerit a Patribus vel scho-
lastis ut tale assertum, et propositum? Cum potius quotquot rem in suis scriptis atti-
gerunt, ut vidimus clarissime docent id non esse defide, id est tamquam omnino
+ certum, et indubitatum. Equidem Augustinus epistula 16. quae est ad Generosum
indicare videtur possibile esse quod aliquis illegitime subrepat in summum Pontifi-
centum. Cum enim praemississet modum Romanorum Pontificum a Petro usq;
ad Anastasium, qui tunc praeserat nullum fuisse Donatistam, subiungit. In illum
autem ordinem Episcoporum qui ducitur ab ipso Petro usq; ad Anastasium, qui nunc
eamdem cathedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subreperisset nihil
prauidicaret Ecclesiae, et innocentibus Christianis. Quod si possibile est in sententia
Augustini aliquem illegitime ascendere cathedram Petri, non erit defide Summe sin-
gularis esse verum Papam, quia non potest esse verus Papa nisi per legitimam suc-
cessionem. Arguit ergo nullum haereticum ex theologis docuisse esse defide, quod hic singula-
ris homo sit verus Papa: Imo etiam est contra Augustinum aliquatenus indica-
re oppositum, et reliquos quos memorauimus aperte docuisse ergo non esse defide Summe
particularem hominem esse verum Papam. ~ ~ ~ ~ ~

Dicitur fortasse, id non esse a theologis expressum, quia omnibus erat notissimum
et indubitatum dogma fidei. Id Deus bono; receptum, et indubitatum dogma dici potest.
illud, quod tot saeculis, tam graues, tam catholici, et recepti theologi negauerunt: ni-
hilominus. Superest ergo non esse defide Summe singularis hominem esse verum
Papam. ~ ~ ~ ~ ~

Tertio probatur eadem sententia apertius, nihil potest esse defide quod non
sit rebelatum a Deo, si illum particularem hominem esse verum Papam non est.
rebelatum a Deo ergo non est defide. Consequencia est manifesta; maior indubi-
tata quia ratio formalis assentiendi alium credibili fidei diuinae est testimonium
Dei rebelantis, quod modo suppono. Minus probatur aperte. Quid quid est rebela-
tum a Deo vel scriptura, vel traditionibus diuinis vel diffinitio Conciliorum,
vel decretis Pontificum contineri, vel constat ex communi sensu Ecclesiae, vel
Patrum, et Doctorum eius, qui in tale credibile tamquam in dogma fidei conspi-
rantur: neque haec fuit alia via catholice suscipiendi diuinae revelationes
in fidem totius Ecclesiae prae haec quinque: Id nulla illarum reuelatum est a Deo Summe
particularem hominem esse verum Papam ergo non est Rebelatum. Primum
probatur minus a sufficienti diuisione. et id quod non sit reuelatum in scriptu-
ras. nam cedo locum in quo habeatur talis reuelatio. ~ ~ ~ ~ ~

Producantur illa testimonia Math. 16. et Ioannis. 21. in quorum altero pro-
missus est Petro primatus in altero concessus non solum prae sed etiam pro subsecutoribus:

quia

quia ibi est deside successoris esse futurus usq; in consumationem seculi, non nisi illos particulares, qui pro legitimis Pontificibus habentur ergo deside est unumqueq; illorum esse verum Pontificem. et idem argumentum sumi potest ex illo Luc. 22. confirmas frater tuus, quod praeceptum datum est Petro, et successoribus eius usque in consumationem seculi. ~ ~ ~ ~

Sed contra hanc solutionem est quod nullus unquam Patrum sic exposuit. Conueniunt quidem omnes primatum in illis locis pro Petro et legitimis successoribus eius esse institutum ac quod ita sit deside. Ceterum quod hic singularis homo sit legitimus Petri successor, ut pote hic et nunc canonice electus, nullus unquam dixit in illis testimoniis contineri. Et quis credat quod in illis verbis tu est Petrus, et super hanc Petram edificabo ecclesiam meam Mat. 16. et in illis pace oues meas Ioannes 21. sit rebelatum huic numero hominum talidie ab his Cardinalibus, esse electum ita legitime, ut neq; in subiecto, neq; in electibus, neq; in modo electionis esset aliquis defectus, qui illam irritaret atq; adeo quod isto sit verus, et legitimus successor Petri, cum haec omnia tam sine inuicta quam ex voluntatibus hominum dependant. Imo neq; hic sensus cum illis verbis necessario connectitur, patet, quia etiam si hic homo hic et nunc non fuisset canonice electus nichilo minus illa verba essent vera, si enim irrita esset huius electio, certe nichil aliud esset ac si sedes vacaret toto illo tempore, quo talis verus Papa existimatur, et reuera vacabat quamuis id non cognosceretur: quod si toto illo tempore sedes vacans cognosceretur, nichilominus vera essent verba Christi de institutione primatus, ergo pariter sunt vera etiam si hic singularis homo non sit canonice electus, quia in eo idem prorsus est, quod non sit canonice electus, et quod sedes vacet, ergo talis sensus non necessario connectitur cum illis verbis. Et ulterius quid si connectatur, vel illis aptetur? numquid idem erit deside ab eis: quia nullus unquam Patrum dixit hunc esse sententiam ibi intentum a Christo, ne dum, affirmavit talem expositionem esse de fide: et constantissimum est in Ecclesia unius testimonij plures aliquando esse sensus probabiles, qui tamen non sunt deside. At vero ex illo testimonio esset de fide hunc particularem hominem esse verum Papam, prorsus necessarium erat esse de deside ^{illum} sensum intentum ibi fuisse a Christo ~ ~ ~ ~

Et hinc praeterea si de hoc particulari signato non est deside esse verum Papam, quia haec veritas non necessario connectitur cum veritate verborum Christi, de nullo particulari signato poterit affirmari certitudine fidei quod sit verus Papa, cum non sit maior ratio, neq; specialior reuelatio de uno quam de altero, semper excipio Petrum. ~ ~ ~ ~

Ex quibus ad argumentationem factam ad illum sensum ex praedictis testimoniis eliciendum, ut respondeam, age, argumentum si placet eadem prorsus ratione ex alijs scripturae testimonijs. Christus Dominus Luc. 22. dicens hoc facite in meam commemorationem instituit sacerdotes perpetuo futuros in Ecclesia per continuam successionem quod est deside certum; sed non possunt esse sacerdotes perpetuo in Ecclesia, nisi illi qui initiantur sacerdotio hic et nunc legitime initiantur ergo est deside illos vere initiari. Et idem argumentum confici potest de institutione



Sacramentū Eucharistiæ eperientia ut ex illorum institutione in perpetuum duratur
va colligatur ego defido hū et nunc conferri et per sui hac sacramenta. Similis pro-
sus argumentandi ratio, et pulchra sano: qua colligitur de defido istum esse verum sacer-
dotem, illum vere absolutum, hac specie aut consecratū, id nihil horum concedent;
qui si argumentantur ne vero fas est concedi. Quia ergo ratione ista deductio neq;
infirmitas sic et illa, qua contrarios videntur. Porro collectiones ista nullae sunt quia
ut promissio Christi, et institutio perpetua illorum sacramentorum verificetur non est
necessarium quod constet defido hū et nunc verificari sed sufficit si in re conficiantur
illa sacramenta; et idem iudicium est de reliquis; si in proposito. 1131.

Unde iam facile respondet: defido est ex illis locis primatum Petri perpetuum esse
institutum a Christo legitimum Pontificum successionem continuandam, et ut defido est
illum esse continuandum usq; in consummationem saeculi, quantum sufficit ad perse-
verantiam primatus et consequenter ~~est~~ verus et legitimus Petri in illa dignitate successor
futurus esse, non tamen itaque de singulis in particulari vel de aliquo constet certitudo
dine fidei esse talem successorem legitimum; nam adhuc quod primatus sit in re per-
petuus sufficit in re sint legitimi successores Petri, non tamen est necessarium, quod de
singulis determinate constet defido esse veros Pontifices, quare neq; Christus promissit
id divina revelatione constitutum. Iam ad formam argumenti negatur ultima
consequencia, quia primatus est in re perpetuus ex eo quod in re et de facto sint legi-
timi successores, etiam si de singulis, vel de aliquo determinate non constet defido
esse verum Papam. Et merito id Christus non revelavit de aliquo particulari, tum
quia ad regimen Ecclesiae et stabilitatem eius non est necessarium, ut latius pate-
bit ex solutione tertij argumenti principalis: tum quia legitimam successionem
vniuscuiusq; particulari determinati reliquit Deus dependentem a pluribus factis,
et circumstantijs humanis, quas omnes simul in unoquoq; concurrere (licet absolu-
te posset) noluit tamen revelare aut saltem non est defido id revelare ut planum
relinquitur ex dictis et latius constabit ex dicendis. 1132.

Improbatur secundum membrum minoris assumptae videlicet id non esse reve-
latum aliqua divina traditione: et quidem clarius est quam ut probari debeat. Nam
qua talis traditio esse potest, quam a maioribus non accepimus? vel producant unum
saltem ex prioribus illis, vel ex recentioribus Ecclesiae partibus, qui huius traditio-
nis meminere a quo reliqui scire possimus. Nullus omnino profertur: ergo
non est talis divina traditio. Nisi forte dicant illam communi sensu Ecclesiae ad nos
usq; derivatam esse, et in illo conservatam sed hoc in quinto membro impugnabitur.


Tertium membrum quod non sit revelatum, aut tale esse non constet ex aliqua
diffinitione Concilij appertissimum est quia nulla talis habetur Concilij determinatio.

Quartum vero membrum similiter probatur nempe quod non sit defido
ex diffinitione alicuius Romani Pontificis, quia nulla talis diffinitio exhiberi potest.

Sed hoc profertur determinatio nempe illam Martini quinti ex qua supra
secunda ratione pro opposita sententia argumentabar: quia ex illa defido est quem
cumq; Romanum Pontificem legitime electum qui pro tempore fuerit esse verum Pa-
pam; subdunt; ista propositio Clemens Unus est verus Papa est propositio particularis

Contenta sub illa uniuersali et in illa reuelata. sed contra qui dixerit si, vel pro
 res similitudinum regulas ignoraret; nam particularis et subalternata = alicuius
 uniuersalis debet esse eiusdem subiecti, et predicati et solo differre signo, quod est a
 parte subiecti, v.g. omnis homo est animal: et improposito omnis Episcopus Romanus
 legitime electus est verus Papa, huius Episcopus Romanus legitime electus est verus Papa:
 at in illa propositione particulari, que subsumitur est diuersum subiectum, quippe de
 huius illud, legitime electus, quare non potest sub illa uniuersali tamquam particula
 ribus contineri. quod precipue verius est, quia quando conditio vel modificatio subie
 cti. e ratio quare illi conueniat predicatum; si non assumatur, et uerificetur modifi
 catio vel conditio subiecti impropositione particulari, non bene inferitur particularis ex
 uniuersali neq; in illa continetur. v.g. omnis homo albus disgregat visum, si in par
 ticulari non assumatur eadem modificatio ut dicam si homo albus disgregat visum,
 non sequetur ex illa uniuersali neq; in illa continebitur: et ut res clarior fiat, entis
 membra illud, quo particularis propositio inferitur ex uniuersali, resoluamus si placet
 in syllogismum ibi uirtute contentum; videlicet; omnis homo albus est disgregabilis
 visus. si homo est albus ergo est disgregabilis visus: nisi uerificetur minor non
 sequitur conclusio neque in illa maiori continetur. si improposito; ratio quare
 aliquis sit verus Papa, est, quia est canonice electus ergo si aliquo particulari non
 assumam quod sit canonice electus non possum inferre quod huius particularis sit verus
 Papa: et uerius non potest esse maior certitudo quod sit verus Papa quam quod sit
 canonice electus; et non est de fide certum quod sit canonice electus ex illo decreto Maxi
 mi quinti: imo dum adiecit illam conditionem subiecto scilicet canonice electus aper
 te ostendit se nihil determinare ambie, vel ille, sit canonice electus, sed dumtaxat
 quod quis sit canonice electus, quicumq; ille sit, est verus Papa. ergo ex illo decreto non
 habetur esse de fide sum particularem hominem exempli gratia Clementem. 8.
 esse verum Papam. Reliqua, que ad illud decretum pertinent in solutionibus ar
 gumentorum ex illo petitorum adiuuemus. // // //

hic homo est animal



Quintum demum membrum probatur nempe quod non sit de fide ex consensu
 scilicet, vel Patrum et Doctorum in tanta ueritate tamquam in dogma fidei.
 Nam ubi est talis consensus quem habemus non audiuimus? Secundo diuersis ab hinc
 annis Gerson docuit apertissime hoc non esse dogma fidei, cui omnes subscribere, ut
 uidimus, quotquot rem attigerunt usq; ad nostra tempora numquam illis Ecclesia
 aut illis Patres, et Doctores se opposuerunt, neque illam sententiam erroris damnarunt,
 et explodendam curarunt ergo numquam fuit talis consensus Ecclesie, qualis inter
 ditur, et necessarius est ut res sit de fide. // // //

Quarto principaliter argumentor ex parte subiecti. non potest esse verus
 Papa qui non sit proxime capax Papatus si non est de fide aliquem particula
 rem esse proxime capacem Papatus ergo neque quod sit Papa, minor probatur,
 nam reliqua sunt nota. et premitto quod notantur duxi proxime capax qui a
 nullo immorari, in prima, et quasi remota capacitate scilicet quod sit uir et non
 femina, quamuis et inde non leue posset sumi argumentum: nam tamen
 si non contingeret (quod ego verum existimo) potuit tamen femina mentiri

secum, et reputata a civi assumi in Pontificem. Hæc igitur ommitto, et venio ad
proximam capacitatem. Nemo est proxime capax primatus nisi qui sit vere bap-
tizatus, id de nullo particulari est de fide, aut evidenter notum esse vere baptizatum,
ergo neque quod sit proxime capax primatus seu papatus. Maior probatur, quia ut
patet ratio in ratione sequenti primatus integratus ex potestate ordinis et iuris dictio-
nis ergo qui non est capax sacramenti ordinis non est capax dignitatis, que ex ordine
integratus. Et adhuc probatur minor quod aliquis sit vere baptizatus perse et essen-
tialiter dependet ex intentione baptizantis, illa non constat, neque constare potest de
fide secundum revelationem, quam in baptismis suscepit ecclesia neque est evidenter nota,
ergo neque quod aliquis sit vere baptizatus ergo neque quod proxime capax primatus
ergo neque quod in eo illum suscepit. // 313

Quinto sumo argumentus ex ipsa ratione et essentia primatus, quia iste inte-
gratus ex utraque potestate ordinis scilicet et iuris dictionis; quod vcl ex illo patet
Matth. 16. quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque
solueris super terram, erit solutum et in celis; quibus verbis manifestè promittitur
Potestatis ab iduendi etiam sacramentaliter, quam non potest habere nisi sit
sacerdos. Pertinet etiam ad primatum quod possit instituire et conservare sacerdo-
tes et Episcopos, quod tamen sine charactere ordinis non posset, itaque potestatis or-
dinis essentialiter includitur in papatu et primatu secundum suam completam et
perfectam rationem; sed non est de fide quod aliquis particularis suscepit caracte-
rem ordinis ergo neque quod de facto obtinuerit primatum secundum suam comple-
tam rationem. Minor probatur eodem modo quo verba in præcedenti deductione:
quia hoc pendet ex intentione ordinantis, que tamen de fide non constat sicut neque
intentione baptizantis. // 313

Sexto principaliter argumentus ex electione summi Pontificis. Non potest
esse aliquis verus papa quin sit legitime et canonicè electus, sed non est de fide ali-
quem particularem determinatum fuisse canonicè electum ergo neque est de fide
quod sit verus papa. Maior manifesta est, quia satis illam innuit Martinus
primus in verbis supra relat. Et quia quamvis modum eligendi summi
Pontificis, et vicarium suum reliquerit christus iuri humano neque enim
formam electionis futurorum Pontificum post Petrum aliquis sanxit: unde di-
versis temporibus, diversa fuerunt iura electionis ut notissimum est, tamen
indubitatum omnino est neminem posse esse verum papam, nisi per legiti-
mam, et canonicam electionem secundum ius vigens tempore quo assumitur
in papam. Tertio quia alia quicumque subiectiva et in cathedram Petri in
iuria subreptens esset verus papa, quod hæreticum esse non dubito. Hæreticum ergo
quod sine canonica electione nullus potest esse verus papa, et hæc erat maior. // 313

Iam probatur minor variis et argentiis rationibus, quia ex decreto
Alexandri sexti in Concilio Lateranensi refertur capite licet de electione non
est canonica electio nisi saltem ex consensu duarum partium Illustrissimorum
Cardinalium eligentium et aliter facta electio est irrita et nulla, et sic electus
in Pontificem assumi non potest, quoniam si aliud presumpserit gravi poena multatur

illius verbis

illis verbis, praeterea si a paucioribus quam a duabus partibus aliquis electus fuerit ad Apostolicum officium, nisi maiori concordia intercesserit, nullatenus assumatur, et praedictae pars subiacet, si similiter noluerit abstinere. quid ergo? potest esse deus aliquem electum esse a duabus partibus? numquid id non constat ex testimonio regulantium numerantiumque suffragia, qui ut homines fallere possunt et falli? vel etiam cum de fide illos irregulariter de et renunciano neque deici, neque deiciere potuisse, et consequentes in illo actu humanam priorum conditionem exiisse. unde haec omnia abstinentur? ubi nam illa reuelata sunt? h. h. h.

Probatur eadem ratio ex constitutione felicis recordationis Iulii Papae habetur in Concilio lateranensi sub eodem Iulio P. S. S. si habet Iulius Episcopus etc. et infra apostolica auctoritate et potestatis nostra plenitudine statuimus, ordinamus, decernimus, et diffinimus, quod si (quod deus pro sua clementia, et in omnes bonitate auctat) contigerit postquam nos vel sancti Patres nostros successores ipse deus ab huiusmodi universali ecclesiae regimine ab soluerit, humani generis inimico procurante, et ambitione, seu cupiditate ad hoc inclinante seu impellente electionem Romani Pontificis ab eo quem eligi contigerit, vel ab aliquo, seu aliquibus de caetero Cardinalium quomodolibet votum dantibus, per simoniacam heresim in dando, vel promittendo, vel recipiendo, pecunias bona cuiuscumque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promissiones vel obligationes, commissam perse, vel per alium, seu alios, quomodocumque, et qualitercumque, etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium unanimi concordia, quomodolibet etiam per viam assumptionis unanimiter, nemine discrepante, etiam sine seculo facta celebrari, vel fieri: non solum huiusmodi electio vel assumptio coipso nulla existat, et nullam eidem si electo, vel assumpto administrandi in spiritualibus, et temporalibus facultatem tribuat; sed etiam contra dictum si electum, vel assumptum de simoniacae laeae a quoque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit opponi et excipi possit, sicut de uera et indubitata heresi, itaque a nullo pro Romano Pontifice habeatur, quin in eo si electus a priori suo Cardinalatus etc. et infra. nec huiusmodi simoniacae electio per subsequentem ipsius in throni dationem, seu temporis cursum, aut etiam omnium Cardinalium adorationem, seu obedientiam, nullo unquam tempore conualescat. et infra. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et praecipue felicis recordationis Alexandri Papae B. qui incipit licet decernenda. etc. et infra. Decernentes ex tunc irritum et inane si seus super his, vel aliquo, praemissorum, a quoquam scienter vel ignoranter etiam per nos attentari contigerit. Hac igitur praemissa constitutione cautum est. quod si in electione Romani Pontificis electus aliquis vel electus fuerit laeae simoniae infectus sit ipso iure irritus et nullus; et item quod ab nullo ex Illis Cardinalibus de simonia opponi et excipi possit sicut de manifesta heresi. Quae constitutio hodie uiget et in conclauis simul cum reliquis constitutionibus ad electionem pertinentibus electoribus innotuit. Quid ergo? de fide erit nullum electorem aut electum esse simoniacum? quod uerum tamen si credam a sacro



Cardinalium collegio longe abesse, tamen non est de fide quod in electione alium
ius Romani Pontificis non intercedat. Quod uero ex hoc defectu electio sit irrita et
nulla docuit Cardinalis Hieronymus Albanus lib. de potestate Papae et Concilij 2^o
p^{te} . n. 156, et late sequitur et probat tractatu de Cardinalatu q^o 15^o ubi plures
ad hoc refert auctores - et tandem subdit. Hodie autem praedictas indubitati iuris
esse arbitror per extravaganam Julij 2^o aqua et huiusmodi electiones irritae fiunt,
et sic modo electi Apostatici, non Apostolici appellandos esse praecipitur. // 110

Tertio probatur eadem minor . c. cum inter de electione d. idemq^o causam, qui
suspensus est priuatus iure eligendi . ex quo si non est de fide aliquem vel aliquos
necessarios ad compleendum numerum duarum partium non esse suspensos ergo neq^o
est de fide electionem fuisse canonicam ergo neq^o quod sit electus sit verus Papa. Quod
argumentum maxime urget de illis qui praesertim Alexandrum 3^{mo} qui edidit con-
stitutionem illam licet deuitanda de qua supra perquam haec exceptio non uideretur
admitti in electione summi Pontificis. // 110

Quarto etiam electus Pontifex per metum in re non adipsitum primatum ex
decreto Concilij Constantiensis 2^o 2^o illis uerbis quod si forte electionem Romani Ponti-
ficis per metum, qui caderet in uicium constantem seu impressionem de cetero fieri con-
tingat, ipsam decernimus nullius efficaciam vel momenti nec posse persequentem con-
sentum etiam metu praedicti ceptante ratificari vel approbari quod decretum confirma-
tum fuisse a Martino 5^o summo ex Platina in uita eiusdem Pontificis. et Cardina-
lis Hieronymus Albanus tractatu nunc citato q^o 16. defendit ex hoc defectu electio-
nem esse ipso iure irritam, si non est de fide ⁱⁿ intercessisse metum grauem in electione
ergo neque electionem esse canonicam ergo neque est de fide electum esse verum Pa-
pam. Omnis . c. si quis pecunia 2^o 2^o . d. et . c. in nomine domini 23. d. ex quibus
ad propositum de forma electionis posset etiam summi argumentum. // 110

Quinto etiam ipse electus Pontifex nulla alia exceptio posset opponi praeter quam
defectus duarum partium ex dicto . c. licet, tamen inde intelligitur quod iam electo vel
renuntiato non possit opponi hic defectus ex iniuria dolo vel fraude regularium si
quidem talis error, dolo, vel fraus contingere posset, et sufficienter probari ergo.
signum est dubium esse posse de legitimitate electionis et consequenter non esse de fide
electionem esse legitimam et haec erat minor, sequitur ergo conclusio quod non sit de
fide aliquem particularem determinatum esse verum Papam. // 110

Pro eadem minori . ut electus sortiatum effectum prorsus necessarium est
ut consentiat electus electioni de se facta ut docuit Castro lib. 2^o de iustis haereticorum
punitione c. 23. et Augustinus de Anthonas de potestate Ecclesiastica q^o 2^o ar^o 3^o
in uerbo ad finem et quotquot dant post semel accepta tam electionem posse Papam
renuntiare Papati iuxta . c. 1^o de renuntiatione lib. 6^o in quibus sunt Alanus
Pelagius lib. 2^o de planctu Ecclesiae a. 10. et 11. Augustinus de Anthonas q^o illa q^o
per plures articulos Figidius Columini tractatu de renuntiatione Papae et comuni-
ter Iureconsulti indito . c. 1^o de renuntiatione lib. 6. Itaque ut firma sit electio nec-
essarium est consensus electi quod uel ipse usus manifeste comprobatur, sed quid electus

Vere consensere non est de fide, neque cuius in re videtur potius enim exteriori fingere consensum, et interiori dissentire ergo neque est de fide quod ratio et firma sit electio ergo neque quod electus sit verus Papa.

Et Anagy hinc ducendam efficaciter argumentor ab auctoritate Romanorum Pontificum Nicolai 2. Alexandri 3. et Iulij 2. quorum sunt decreta in hac ratione non relata; cum enim in quibusdam casibus irritaverint electionem Romani Pontificis ipso facto ut nullum ius tubicatur electo etiam supposito ut Papam regeret, et ut talis sublevarer, aperteissime senserunt non esse de fide aliquam particularem esse verum Papam sicut neque quod in alius electione circumstantiis irritantes non intercesserint.

Quare ex iure electionis posse contingere ut qui existimaverit Papam non sit verus Papa aperte docuerunt et merito Baluz. l. f. c. sententiam revocandi non posse nisi vero bis. Princeps enim legitime electus est interius Deus, maxime Papa si non legitime electus est diabolus interius et Apostata Jo. d. c. si quis et ideo non habet claves regni sed inferni et Augustinus de Anthonas de potestate Ecclesie q. 2. ar. 5. Cardinalis Hye conimus Albanus locus supra citatis et Albarus Delagius lib. 2. de planctu Ecclesie a. 10. consideratione prima.

Principaliter argumentor ex tempore in quo incipit esse de fide sume particularem hominem esse verum Papam, in quo nec interesse conveniunt pauci illi recentiores quibus opposita arrisit sententia quibusdam affirmantibus rem esse de fide ab ipsa electione Cardinalium, alij ex quo de fide renuntiatur Papam ut talem suscepit et veneratus est. sed priusquam utrumque impugnemus premitamur si placet, aliud esse rem esse de fide et revelatam a Deo, et aliud quod michi v. g. sit sufficienter proposita, ac promde quod ego teneam credere et eadem ratio est de alijs fidelibus. Minimum hoc est et probatione non indigens siquidem ipsa vulgatissima fidei dogmata, non obligant ad credendum illum cui non sunt sufficienter proposita. Hinc ergo non contendo ex quo teneantur fideles ad prestandum assensum fidei diuinae suae propositioni. Clemens est verus Papa, sed ex quo illa sit de fide et a Deo, revelata vel saltem ex quo caput ut talis immutetur. Iam ergo ad propositum probabo rem esse de fide antequam Papa ut talis suscipiatur ab universa Ecclesia, quod sic deduco. Cardinalibus regularibus suffragia est de fide illum esse verum Papam antequam electus renuntiatur. toti Ecclesiae ergo antequam suscipiatur ab ea iam est de fide illa propositio: antecedens proba: nam procul diuisio in opposita sententia dicendum est, quod quocumque alium constat omni certitudine possibili in tali casu aliquem esse canonicum electum in Papam iam constat esse de fide illum esse verum Papam; sed hoc modo constat regularibus antequam renuntiant electionem factam. Ergo iam illi est de fide: patet consequentia quia iam illi canonice electio constat omni certitudine possibili in tali casu. Et hinc ulterius ergo et cum primum illa electio renuntiatur vel immutatur, reliquis electoribus in conclavi iam illi est de fide illum renuntiatum esse verum Papam consequentia tenet ex eodem principio: et inde ulterius ergo et reliqui omnes fideles et tota Ecclesia quocumque



audit a Cardinalibus Urbanum v.g. esse rite electum, tenetur de fide divina cre-
 dere illum esse verum Papam, et ut talem suscipere ergo iam erat de fide prius
 quam suscipiatur a tota Ecclesia, imò et quicumque fidelis tenebatur fide divina
 id credere, dum modo esset sibi sufficienter propositum, puta a toto Collegio Car-
 dinalium vel aliquibus illorum serio et ut dicit rem agentibus quia hoc erat suffi-
 cientissima certitudo de canonica electione. Concedens sane has omnes deductiones,
 nec ideo qualiter negari possint restat ergo falsum esse secundum quod asseriebatur
 nempe illam propositionem tunc inipere esse de fide quando electus a tota Ecclesia
 suscipiebatur ut Papa. Iam impugno primum videlicet esse de fide ab ipsorum
 regulationis. Nam mirum prorsus est, quod ex simpliciter facto regulationis, in quo
 potuit esse deceptio vel ex errore numerantium, vel ex dolo et mendatio illorum, agnos-
 catur reuelata illa propositio que antea talis non agnoscebatur nec vero audita
 erat: et magis mirum quod de novo Ecclesia modo incipiat agnoscere ut reuela-
 tam illam propositionem quam antea neq. audierat, et quod sub interminatio-
 ne perfidia teneatur illi assentire fide divina, sine noua reuelatione, sine novo
 Concilio, vel decreto, Pontificis, sine nouo consensu Ecclesie ex solo simpliciter facto quo
 eundam hominum, in quo ut iam iudicamus, ex pluribus capitibus potuit esse de-
 ceptio. nam dato, quod illa propositio esset implicite reuelata in aliquo scripturae testi-
 monio vel definitione Pontificis vel Concilii, non potuit inipere esse de fide expli-
 cite ex solo quorundam hominum facto sine aliqua noua explanatione infalli-
 bilis auctoritatis. Nisi iam dicant testimonium illud Cardinalium regulantium
 esse infallibile, quod tamen in Catholici hominis mentem non ueniet.

Argumenta ex consequentibus. nam ex contraria opinione sequitur
 confundi schisma et heresim, aut saltem schisma per se opponi fidei, et non soli
 charitati, vel demum separari non ponere schisma ab heresi vel errore. cuius oppo-
 situm docuit eleganterq. probauit Diuus Thomas 2^o 2^o q. 89. ar. 1^o legatur in
 corpore ad finem et in solutione ad 3^o ubi docet quod tametsi omnis hereticus sit
 schismaticus non tamen contra schismaticus est hereticus quod omnino falsum est in
 contraria opinione; legatur etiam Aug. Ambrosius de potestate Ecclesiastica q.
 17. ar. 1^o et 2^o et 5^o Thomae sequuntur plures ex iure Consilii qui Sabentur
 rom. 11. tractatum. praeipue tamen legatur Ioannes Abotius lib. 8^o institutionum
 moralium c. 20. quae 4. infra ubi dicitur hanc nostram tradidit sententiam.
 Quod vero sequatur inconueniens illatum patet, quia si est de fide sume esse
 verum Papam, quicumq. negaret illum esse talem, neque ut talem susciperet
 simul esset schismaticus, et hereticus. Quare non dubium cum 2^o Thomae
 et omnes eius discipuli sint Suly nostra sententia et vget quod accute notauit
 Casas lib. 1^o contra hereses c. 9. citato quod schismatici vniq. habent sine habitu ha-
 retici etiam si aliquando hereticorum penam subtruerint, vel potest illis infligi,
 quia merito eadem pena diuersis delictis imponi potest. Ex quibus etiam sequitur
 esse nostra sententia, illos autem, qui cum dicant hereticos non esse membra

Celestis sibi matris tamen inter membra connumerant, frustra enim et ridi-
cule ista distinguere si sibi sine non potest ab heresi separari 11/1/2.

9° et ultimo argumentorum ab exemplo, unum et alterum referam, que
rem non mediocriter confirmabunt. 1° scilicet de sancto Felice qui secundus
dictus est, et fuit quartus ante Gregorium Magnum quem Ecclesia multis
ab hinc annis peculiari officio ut Papam et magistrum colit. Hic electus fuit
pulsio liberio Papae industria et potentia Constantij Imperatoris Ariani; pulsus
autem fuit Liberius et exilio relegatus in Thraciam, quia Ariani noluit consen-
sere, et eodem Imperatoris agente in eius locum suffectus est Felix vivente Liberio,
et tunc sane pro Nicena fide strenue dimicante ergo Felix non est verus Papa,
vel saltem non est de fide fuisse verum Papam, patet qui a legitimo Papa vivente
non potuit alter eligi. Et hinc forte ut refert Theodoretus l. 1. c. 17. Hyst. c. 17.
populus Romanus volebat cum hoc Felice communicare, et fortasse hinc etiam ab
Aug. epist. 65. qua est ad Genuinum et Optato Milevitano lib. 2. contra Par-
menianum inter Pontifices non recensetur, sed Damascum dicunt successisse Libe-
rio. Dicit aliquis Liberium tandem vitium odio exilij Ariani subscripsisse,
et ideo tamquam hereticum fuisse depositum, et saltem ex illo tempore Felicem
fuisse legitimum Pontificem ex tanto consensu cleri Romani ad quem deo
pertinebat. Sed contra ut gravissimi testantur auctores Liberius adhuc tempore
exilij sui fuit integer infide. Legatus Severus Sulpitius lib. 2. supra Hyst. c.
Socrates lib. 2. c. 19. Theodoretus lib. 9. c. 37. et Ambrosius lib. 3. de virginibus
ad minimum appellat illum beate Maria Pontificem; quod si alij Auctores ut Hy-
eronimus in Chronico anno 351. et Athanasius epistolas ad solitariam vitam
agentes dicunt Liberium Ariani consensisse victum exilio, vel metu mortis;
saltem nec fuit eo tempore dubia, quia plures utriusque partis auctores eodem
tempore vixerunt, et Rufinus eiusdem etiam aetatis de illa dubitantem loquitur
lib. 1. Hyst. c. 27. at stante dubio de delicto non potuit Liberius iuste deponi.
quia neque se est sic plane convictus de crimine: Dicit aliquis et communicabat
cum Ariani et agens in sui consensu damnationi et eiectioni Athanasij a
sua sede Alexandrina. Sed contra societatem dato adhuc viget exemplum. Nam
constat noluisse subscribere confessioni illius Concilij quoniam prius tunc Catho-
licam suam fidem publica confessione protestatum fuisse: illa vero que obijciuntur
et sicrimina sunt, et de illis demum fuisse convictum non tamen talia sunt
quod ob illa posset iuste deponi; siquidem Athanasio alia etiam crimina obijci-
bantur, tamen si falsis; propter quae potuit illis damnationi consentire, neque vero
credi potest fidem eius damnasse quam eodem tempore Liberius ipse publice professus
est aut saltem de errore contra illam non fuit convictus: vel ut minimum non



At certum ob illas crimina etiam plene probata potuisse liberium iugis deponi
ergo neque quod potuerit Felix ~~non~~ ita eligi, et consequenter neque erit de fide
quod sit verus Papa. Et tamen ut talis suscipiatur ab Athanasio Patriarcha Ale
xandrino in epistola ad eundem Felicem et ut talis colitur ab Eusebio multis
ab hinc seculis, quare de illo certum est inter Catholicos fuisse verum Papam;
et tamen non videtur esse de fide quod sit verus Papa, nisi velis esse de fide vel omni
no certum liberium fuisse haereticum, vel de haeresi sufficienter convictum, quem
tamen pie ab hac nota defendunt plures sui temporis auctores in quibus sunt Belar
minus lib. 4^o de Romano Pontifice et 9^o Albertus Pighius Campensis lib. 4^o mo
narchiae Ecclesiasticae. et Stanislaus Ors^{us} lib. 2^o de legitimis iudiciis rerum Ecclesiae.
aliquanto post medium, ubi plura ex ordine congerit.

Sed age, remus liberium fuisse Arianum, et iure a sede sua pulsum, et locum
substitutum legitime Felicem; difficultas eadem perseverat. Nam quando iterum pul
sus Felix liberius restitutus est non aulamante et suscipiente populo Romano? Dices for
tasse, Felix fuit Arianus qualiter loquitur Hieronimus in catalogo in Aiba
no, et ideo iure depositus, et liberius iam correctus, non tam restitutus, quam de novo
electus. Sed contra quoniam Eusebia Felicem ut martyrem colit, quia pro defen
sione fidei Nibens dum pontificatum agebat Constantium Imperatorem Arianum,
ut haereticum damnaret, et ab illo martyrio coronatus est. Quando ergo Felix et
liberius convixerunt postquam restitutus est liberius, nescis de quo illorum dicere esse
de fide fuisse verum Pontificem, et tamen alter illorum fuit verus Papa, ut pro
alterius electio et institutio legitima fuit atque canonica, ergo de singulis, quos
ut Papas suscipimus non est de fide certum fuisse veros Papas.

Secundum exemplum sit de Formoso, quem quinque annis et sex mensibus
seditione in carcere tenuit, et ab universa Eusebia ut verum Papam fuisse susceptum
omnes restantur Historici; et tamen successus eius Stephanus sextus declaravit illum
non fuisse verum Papam, neque ut talem habendum; cui Stephano cum tres Pontifi
ces ordine succedentes contradixerunt, praecipue Joannes 9. in Concilio Episcopo
rum, statuens et declarans Formosum fuisse verum Papam, et ut talem habeno
dum et omnia eius acta rata esse firma et observanda. Sergius u. Joannes 9.
successor contra determinat Formosum non fuisse verum Papam neque ut talem
habendum: de qua Historia Legatus Belarminus lib. 4^o de Romano Pontifice et 12^o.
pulsus ab auctoribus opposita sententia, omnes de fide Formosum fuisse verum
Papam? affirmabunt profecto de fide esse. nisi forte ob aliquale schisma quod
tunc fuit illo Cardinali ambiente Pontificatum, qui postea vere fuit Papa Ser
gius u. vellent non esse de fide Formosum fuisse verum Papam. Sed contra
schisma illud brevissimum fuit, et postea usque ad finem vitae Formosus pacificus fuit

in Pontificatu Romano, et ab universa Ecclesia ut Pontifex susceptus ergo toto illo tempore eadem certitudine fuit verus Papa, ac si nullum schisma in eis electione fuisset; quod si ex hoc capite potuit de illo dubitari, potuit pariter de quatuor Pontificibus, qui ab illo intercesserunt usque ad Sergium 3.^m, potuit etiam de Joanne XXIV. de Iugenis usque et reliquis in quorum tempora aliquod incidit schisma, quod dici non potest igitur ex fide Formosum fuisse verum Papam, ergo Pontifices Stephanus VI. et Sergius usque qui contrarium asseruerunt fuerunt heretici, vel errarunt contra fidem, precipue Sergius qui Formosum damnavit contra sententiam Joannis 5. et Concilii Subiaco celebrati. fatebuntur forsitan consequenti am adversarii. sed tunc contra illos est 1.^o quia ut Pontificibus deferant quosdam hereses damnant: quasi primum non sit et gloriosum, neminem saltem Pontificem Romanum fuisse heresi infectum. sequitur 2.^o quod Stephanus et Sergius errarunt ut Pontifices consequens est hereticum ergo antecedens falsum; sequentiam probat id decernunt ut Pontifices, quod toti Ecclesia, ut credendum et observandum proponunt, et taliter proposuerunt et determinaverunt Formosum non fuisse verum Papam: ergo ~~ita~~ Vide in quibus angustiis se coniungunt isti, ut suam sententiam mordacius defendant, Sextus agamus mitius cum illis, errarunt dumtaxat ut particulares personae, quod sine periculo infide posset affirmari: tunc in deo: quomodo ergo Ecclesia Pontificem hereticum passus est quorsus ille naturali morte vitam finivit? quomodo tam Stephanum 6.^m quam Sergium 3.^m non deponit, errorem contra fidem publice dogmatizantes? quid ergo? mallem fateri Ecclesiam tunc errasse non deponendo unum et alterum Pontificem hereticum et dogmatizantem heresim, et inde exponendo se periculo infide, quam recognoscere non esset de fide sume particularem hominem esse verum Papam? ~~1111~~

Ex his quae dicta sunt, facile deservitur secunda sententia supra relata nempe esse perse secundo de fide sume particularem hominem esse verum Papam. Nam praemissa omnia argumenta satis probant id nullomodo ad fidem diuinam pertinere. Specialiter tamen contra illam sententiam est 1.^o quod loquitur contra omnes Theologos, nullus enim habens distinctum assensum fidei, ~~ita~~ perse 1.^o et perse 2.^o. Ignorant Theologi hanc distinctionem in obiecto materiali fidei; ut ea dicantur credibilia perse 1.^o ad fidem pertinere, quae perse conduunt ad vitam eternam, cuius modi sunt mysterium trinitatis, Incarnatio, et Passio Christi Domini: alia vero dicuntur esse secundaria obiecta fidei quae licet sint expresso reuelata, non tamen ita perse conduunt ad salutem; ut quod David habuit fundam: licet in aliquo sensu mystico, vel allegorico possint aliquatenus ad salutem conferre. At in ipso obiecto formali,



vel agens fidei nullius ita distincti; si omnes conveniant omnia aequè esse
credenda eodem assensu et eadem certitudine, si sufficienter proponantur,
et sit alius circa illas. Secundo id probat manifesta ratio, nam quod dicitur
credendum per se secundo, vel est reuelatum a deo, vel non: si est reuelatum ergo
participat eandem rationem formalem obiecti cum reliquis reuelatis ergo per
se et ad eam pertinet ad eundem habitum; si non est reuelatum non potest credi
fide diuina nec perse, nec perse. Et sine tertio omnino falsum est quod
possit subesse falsum illud quod creditur fide diuina, quomodo cumq; creditur; nam
si fide creditur ergo est reuelatum a deo ergo non potest esse falsum, patet qui a deo
neque fallere, neq; falli potest; et si semel admittamus qd falsum esse posse quod Deus
reuelat testimonium eius erit fallibile, et consequenter nihil constans in fide.
subijciamus exemplum tam impossibile est falsum esse quod Dauid habuerit fun-
dam quam quod verbum carnem assumpsit, siquidem utrumque est a deo reue-
latum. Deniq; si sumus particularem hominem esse verum Papam est reuela-
tum a deo et fide diuina creditum licet perse et ergo qui oppositum diceret,
esset haereticus sicut qui negaret Dauid gestasse fundam et Tobiam habuisse
canem, sed si autem eum qui negaret hunc esse verum Papam illud amnat
reuerentiam, et suspitionem, infide ergo illud non erat creditum fide diuina
ad hoc secundario // 3 // 3

Satis ut credo probatum ex dictis relinquatur, vel veram vel saltem
probabilem, et ab omni nota liberam esse sententiam illam, quae affirmat non
esse de fide sumi particularem hominem esse verum Papam, quod ut clarius
fiat ex solutione argumentorum in oppositum, iam ad illas diluendas progre-
diar // 3 // 3

Ad fundamentum Gregorij de Valencia respondere 1^o suppono, ad hoc
sub iudicio licet esse an propositio cui assentimur exui discuris et non alium
de posse esse de fide, pluribus, et non minoribus nota theologis asserentibus ta-
lem propositionem exui discuris non esse de fide, quia fides diuina discuris non
est sed immediate immititur reuelationi Dei: quare licet efficax esset discuris
istius auctoritas probaret quidem propositionem esse certam non tamen pro-
baret esse de fide, nisi aliunde constet esse reuelatam in scripturas, di-
finitione Pontificis vel Concilij etc. et tamen satis probatum est supra illam
non esse reuelatam. // 3 // 3

2^o quid quid de hoc sit si hoc argumentum aliquid probat etiam
implicat hunc autorem propter duo, 1^o quoniam asserit de fide esse hunc
esse Papam tantum postquam exerauit aliquem alium iuris dictionis
circa vniuersalem habesiam. Contra quod est, quod non constituit in esse

Papa per exercitium talis alius, id quia potens erat exercere, prius autem est potens exercere alium quam exercat; sicut uniuersaliter prius est aliqua res in actu primo quam secundo. ergo prius est Papa quam exercat alium iurisdictionis, ac per consequens prius nos sumus subditi et obligati quasi in actu ad obedientiam quam quod ipse imperet, et tamen ex hoc quod sumus obligati obedire nondum colligitur esse de fide istum esse verum Papam, ut ipse fatetur ergo neque postquam exercuit alium aliquem iurisdictionis licet id colligere: quia per hoc quod Papa exercat alium aliquem iurisdictionis circa uniuersalem Ecclesiam v.g. concedat iubileum, non diffinit se esse Papam ergo si antea nonerat de fide quod sit Papa neque postea. // //

Deinde sibi ipsi repugnat, quia loco citato id primario asserit esse de fide habere assistentiam spiritus sancti illum, qui licet non sit verus Papa tamen suscipitur ut talis et de facto aliquid determinat in rebus fidei et morum. Cui ergo istum Deus audire vult ex eius sententia. Mirabile enim esset, et prorsus incredibile, quod sit de fide aliquid habere assistentiam spiritus sancti ac si esset verus Pontifex, et tamen quod non sit de fide Deum velle nos illi obedire: et non est de fide secundum istum auctorem quod ille talis nix sit sumus Pontifex, cum potius fateatur idem auctor illum in re non esse talem ergo ex hoc quod Deus vult nos obedire vero Pontifici non licet colligere esse de fide quod talis persona v.g. Clemens, vel Urbanus sit verus Papa // //

Denique si eius argumentum non haberet probaret esse de fide quod inuidiosissimus noster Philippus Rex Catholici est Rex, et quod Franciscus v.g. qui prepositus est in aliqua religione est verus prelati sequela patet nam eo ipso quod aliquis istius indubitanter et prudenter creditur esse Rex, vel prelati, de fide est quod teneamus illi obedire ex illo ad Hebraeos 13. obedire prepositi vestris consequens est adeo falsum, et refutatione non indiget ergo eius collectio firma non est // //

Ex his patet solutio ad formam argumenti; nam data illa maiori; (quem Christus dominus in istis que vel ad fidem, vel ad mores pertinent ab uniuersa Ecclesia audiri vult, si verus ac legitimus Pastor est Ecclesie uniuersae) nichil contrarios, quoniam licet concedamus esse verum Pastorem, quem Deus audiri vult, non tamen est de fide quod sit verus Pastor, si satis est quod prudenter habeatur ut talis, ut illum Deus audiri velit. Præsertim quia ut vidimus ex sententia istius auctoris, non solum Deus vult audiri illum



qui in re est verus Pastor id etiam illum qui prudenter, et indubitanter Sa-
betur ut talis. Si autem in maiori assumatur de fide esse verum esse Pasto-
rem, quem Deus audiri vult, maior est falsa ut ex dictis patet, ~~illud~~,
neq[ue] illam agumpru autor iste quia neq[ue] probari potuit. Neq[ue] testimonia
ab illo adducta in probationem huius maioris aliquid probant contra Hanc
doctrinam, puta illud Pasci oves meas (idem iudicium est de Aliquis) nam-
licet illa verba non solum dicta sint ad Petrum, sed ad quemcumq[ue] eius
successorem, non colligitur ex illis esse de fide Hanc particularem per-
sonam esse legitimum Petri successorem: quoniam ad hoc ut pascat,
satis est quod a parte rei sit vere successor Petri, vel quod prudenter
existimetur et suscipiatur ut talis a tota Ecclesia, hinc enim Deus
specialiter assistet ut pascat Ecclesiam suam in doctrina et moribus 10.

Ad secundum posset 1^o Responderi ex illo testimonio non colligi
esse de fide Hanc particularem hominem esse verum Papam, quia non
omnes articuli Joannis Wiclephi, et Joannis Hus. qui ibi damnantur
a Martino. 5^o damnantur ut heretici, sed quidam etiam ut temerarii sedi-
ciosi etc. ut ibidem dicitur. Concedimus ergo esse temerarium, et sedi-
cium negare Hanc determinatam personam. v.g. Clementem VII^m esse
verum Papam, imo et esse schismaticum, et non leviem suspicionem here-
si ingerere, quamvis non sit de fide illum esse verum Papam 11.

Secundo Respondetur quod indita bulla non dicitur quod teneamur
credere absolute Hanc determinatam personam esse verum Papam,
sed credendum esse quod canonicè electus, qui pro tempore fuerit est verus
Papa, quod libenter fatemur: tamen non est de fide quod Hæc particula-
ris persona sit canonicè electa ut ex dictis patet, ac per consequens ne-
que est de fide quod Hæc particularis persona absolute loquendo et sine
aliqua suppositione sit verus Papa 12.

Ex quibus iam patet solutio ad Confirmationem, fateor namq[ue] de
unoquoq[ue] singulari determinato nomine proprio expresso, certum esse
quod sit verus Papa sup^{er} quod sit canonicè electus, ita ut tamen
num sit illum esse verum Papam ac quod sit canonicè electus; tamen
si non est de fide quod sit canonicè electus, ita neque absolute aut
sine suppositione est de fide quod sit verus Papa. Nam in quo quo
pacto posset Martinus quintus diffinire quemcumq[ue] suum successorem
in particulari esse legitime electum? cum hoc penderet ex factis hominum

qui

qui sequitur ut tales deficiere possunt. et quod hoc sit mens Martini quinti
 loco citato colligitur aperte ex errore Joannis Hus quem ibi directe
 damnat. Nam inter articulos suius haereticus vigesimo sextus habet in
 haec verba. Non eo ipso quo electores vel maior pars eorum consenserit
 viva voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eorum illa
 persona est legitime electa, vel eo ipso est verus, et manifestus successor,
 vel vicarius Petri Apostoli, vel alterius Apostoli in officio Ecclesiae alicui.
 Unde siue electores bene, siue male elegerint, operibus electi debemus credere,
 nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritorie, ad profectum Ecclesiae ha-
 bet ad hoc copiosius potestatem. / Quae dicebat haereticus dignitatem prima-
 tus non esse coniunctam cum legitima electione: contra quem ex opposito
 decrevit Pontifex quod quicumque sit legitime electus sit verus Papa. ubi
 ergo determinat absolute talem personam esse summum Pontificem,
 nisi si supposito quod sit legitime electus, vel (quod idem est) determinat
 quod dignitas Papalis sit coniuncta cum canonica et legitima electione.

Ad tertium neganda est consequentia: incunctanter enim et omni
 procul dubio assero cum omnibus Catholicis esse de fide credendum, id
 quod ut tales diffinitur a summo Pontifice v. g. Clemente 8^o, quamvis non
 sit eadem fide credendum, eundem Clementem esse summum Pontificem
 quia infallibilitas rei quam diffinit immediate pendet ex assensu Spiritus
 sancti, haec autem promissa est a Christo Petro, et ei qui a tota
 Ecclesia indubitanter et prudenter suscipitur tamquam eius successor,
 quamvis non credatur fide divina esse talem, quod potest exemplis ex-
 plicari. Primo in sententia non paucorum Theologorum asserentium,
 quod ut Papa diffinit aliquid de fide, necessario debeat procedere
 sufficiens consultatio et diligentia: et tamen res diffinita erit de
 fide quamvis non sit de fide praesens ne talem diligentiam. Ita lo-
 duba lib. 4^o q^o 1^o propositio 9. et prop. 10. §. secundalimitatio, et
 §. 4^o in propositione Canus lib. 5^o c. 5^o §. §. altero Casto lib. 1^o de
 iustis haereticorum punitione c. 4^o §. quarta via Bañes c. 2^o
 q^o 1^o articulo. 10. in prioribus Comentijs dubio 2^o axiomata Christia-
 na lib. 7^o an. 3^o c. 9^o. Franciscus Forrensus lib. 3^o de summo Pontifice
 supra Concilia auctoritate longe ab initio Stanislaus Ursus non leuiter
 indicat lib. 20 de legitimis iudicijs rerum Ecclesiarum alicuius a medio
 agens de Honorio sentit Sylvester verus fides §. ultimo et alij. Quamvis



et illam diligentiam precessisse ut certum et indubitatum sit Sabens
 dum ut optime Corduba et Canus ubi supra. et in hoc conveniunt omnes
 quot quot afferunt illam permissionem diligentia esse necessariam,
 preter unum Valentiam, qui ad mittens illam esse necessariam, voluit
 esse de fide quod in re sit adhibita lib. 8.º Analysis fidei c. 3.º ad 6.º § hoc
 audit. et cum reliquis esse sentiendum probatur facile: nam quopalto
 potest esse de fide id quod pendet ex facto, atque prudentia Pontificis, et
 reliquorum quos in Consilio asciuit? Itaque neque fides determinat quod
 facta sit sufficientis diligentia circa ea que diffiniuntur neque rursus que
 nam dicatur et sit sufficientis diligentia ad diffiniendum, sed id totum
 ex regula prudentia mensurandum est. Sicut ergo prudenter credimus
 Pontificem facere sufficientem diligentiam ad diffiniendum, et de fide
 suscipimus id quod diffinit, ita prudenter et indubitanter suscipimus ipsam
 Clementem tamquam summum Pontificem, et fide divina credimus
 illa que diffinit. Et amplius declaratur, quia quando credimus de fide
 propositionem diffinitam a summo Pontifice, talis assensus fidei non imi-
 titur diversis et rationationi, qua colligamus propositionem diffini-
 tam esse de fide, ex eo quod sit de fide diffinientem esse Papam, sed talis
 assensus immediate immititur revelationi divine, hoc autem revelatio
 divina est per assensum spiritus sancti, et talis assensus est pro-
 missa illi, qui revera est pastor Ecclesie, ut talis prudenter et indubi-
 tanter suscipitur // 113.

+ diffinit + Sed contra, quid si in re non sit summus Pontifex ille qui diffinit? huic non
 est promissa assistentia spiritus sancti, ergo non erit de fide id quod. sed dato quod non sit
 de fide summe particularem personam esse papam, contingere posset quod revera non
 esset talis, ergo non relinquitur firma et certa regula ad credendum fide divina,
 ea que diffiniuntur a Pontifice: nisi dicamus esse de fide quod sit verus Papa. Res-
 ponders primo ad specialem Dei providentiam, qua consulte dilecta sua Ecclesia pertinere
 ut non permittat suscipi indubitanter aliquem a tota Ecclesia in verum Papam, quin
 sit legitime et canonice electus, habeatque omnia requisita ut sit vere talis: sicut ad eam
 Dei providentiam pertinet quod non permittat Pontificem canonice electum diffinire,
 quin procedat sufficientis diligentia, quamvis neutrum istorum sit de fide. Secundo
 addo etiam si per impossibile demus indubitanter haberi ut Pontificem qui a parte
 rei non est talis, tamen non permittet Deus summe diffinire que vel ad fidem vel
 ad mores universali Ecclesia pertinent. Tertio si demus adhuc quod in talis diffi-
 nite non errabit indiffiniendo, quia non potest error Ecclesia errare in credendo,

cui

cui promissa etiam est assistentia spiritus sancti Mathaei ultimus ego vobiscum sum usque in consumationem saeculi. ita Barnes ubi supra §. ad secundum argumentum in fine, et Rodericus Palma Delgado lib. 3^o de auctoritate sacrae scripturae ad finem. in sententia igitur bonum aut verum, si illo qui a parte rei non esset verus Pontifex, aliquid diffiniret, illud quidem esset de fide, non tam ex sui diffinitione, quam ex sui communis Ecclesiae susceptione, quae ex assistentia spiritus sancti non potest errare in credendo. Quarto addere possumus assistentiam spiritus sancti in diffinendo, non solum esse promissam a Christo ei qui vere et realiter est Petri successor, sed etiam illi, qui ab universa Ecclesia indubitanter suscipitur ut talis; nam eo ipso quod promissum Ecclesiae sua, assistentiam necesse in credendo, promissum etiam ei, quem tota Ecclesia suscipit ut indubitatum caput, assistentiam ut non erret in proponendo, aut diffinendo id, quod tota Ecclesia tenetur credere. Itaque admissis illis casibus, quos Ecclesia suscipit indubitanter ut Pontificem, etiam si a parte rei non esset caput, esset tamen instrumentum spiritus sancti ad proponendum res fidei et morum totae Ecclesiae.

Secundo contra secundo quia de fide est Sacrae scripturae esse canonicam, v.g. Pentateuchum librum Evangeliorum etc. similiter de fide est Sacrae Ecclesiae esse veram, ergo de fide est Sacrae Pontificem esse verum eius caput. Confirmatur, quia sicut credimus ea esse de fide, quae continentur in scripturas, vel quae proponuntur ab ista Ecclesia, ita credimus eas, quae diffiniuntur ab isto Pontifice, ergo aequae de fide est, istum esse verum Pontificem, sicut quod ista sit vera Ecclesia. Ad primum istorum Respondetur negando consequentiam, quia Sacrae scripturae esse canonicam non pendet ex electione aut voluntate humana sed ut reuelatum est per Ecclesiam diffinientem, quilibet sunt canonici, similiter Sacrae esse veram Ecclesiam est de fide quia reuelatum est saltem per traditionem a Christo per Apostolos ad nos usque rebatam. similiter est de fide quod Romanus Pontifex sit caput Ecclesiae ex similitudine traditione, et diffinitionibus, et imo et ex scripturae testimoniis colligitur: tamen quod haec persona particularis v.g. Clemens 8^{us} sit verus Papa, non est de fide quia non est reuelatum, neque per scripturam, neque per traditionem, neque per diffinitionem etc. ut satis probatum est. Neque vero unitas numerica huius Ecclesiae pendet ex eo, quod ista particularis persona sit verum eius caput. ut patet, quia eadem numero praecessit sub alijs Pontificibus, et perseverabit sub futuris usque in finem, et eadem etiam est quando sedes vacat: nec dum unitas eius pendebit ex eo, quod sit de fide istum esse verum Papam. Ad confirmationem similiter negatur consequentia nam ratio formalis propter quam credimus fide divina quae in scriptura continentur aut quae ab Ecclesia diffiniuntur, non est quia credamus fide divina ipsam scripturam esse canonicam, aut Sacrae esse veram Ecclesiam, sed quia illa sunt reuelata a Deo: si enim demus, quod aliquis innumabiliter ignorans, quod Evangelium Iohannis esset scriptura canonica, crederet sola fide



humana illam esse canonicam, adhuc posset fide divina credere verbum sus-
cepisse carnem: imò illi qui credit fide divina euangelium Joannis esse scrip-
turam canonicam, quando tamen nullo pacto meminit suis habere potest
assensum fidei, eius quod in tali euangelio continetur. Non ergo ratio quare credit
fide divina verbum factum esse carnem, est, quia credat fide divina esse canonicam
illam scripturam, in qua haec veritas continetur: similiter iudico de his quae pro-
ponit Ecclesia: et idem dicendum est in nostro casu quod licet aliquis non credat fide
divina, Clementem esse verum Papam, potest, et debet credere fide divina ea, quae
definitio sunt ab ipso. Verum est hoc esse discrimen, quod quicumque fidelis potest,
et debet credere fide divina, hanc esse canonicam scripturam et hanc esse veram Eclesi-
siam, quia de hoc est specialis articulus fidei: non vero est specialis articulus, quod
Clementis vel Urbanus sit verus Papis, neque id hactenus reuelatum vel diffinitum
est tamquam de fide credendum, et ita non tenemur id credere fide divina, // 9.

Ad ultimum solutio sumitur ex dictis supra rationatione tertia pro sta-
tura Conclusiones. Concedenda enim est prima collectio, quia ut ibidem dicitur aqua
hij ratio est de hoc singulari Papa, et de quocumque alio praeter Petrum: neganda
tamen est secunda consequentia, sicut enim perpetua institutio sacramentorum
verificatur, et impletur ex eo, quod in se perficiantur vera sacramenta, quamvis
de singulis in particulari, vel de aliquo non constet fide divina esse verum sacra-
mentum: ita pariter impletur promissio Christi, et perpetua primatus insti-
tutio, ex eo quod in se sint veri Pontifices, quamvis de singulis in particulari, hoc
non constet fide divina. Ad confirmationem patet solutio ex dictis in respo-
sione 2^{ma} neque enim in illa est specialis aliqua difficultas. // 10.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines across the upper half of the page.



A small, dark, rectangular mark or stamp impression, possibly a date or a small stamp, located in the lower-middle section of the page.

A series of small, dark, irregular marks or smudges, possibly ink splatters or a very faint stamp, located at the bottom of the page.

2^o Vnum Concilium generale legitime congregatum et
procedens sit infallibilis auctoritatis in rebus fidei, et morum
decernendis ante confirmationem Romani Pontificis


Ut in proposito questione controversia statim aperiantur nonnulla permittenda sunt, in
quibus omnes conveniunt; ut illi statuti, ad id quod dubium relinquatur, examinandum
procedamus // //

Imprimis nomine Concilii generalis intelligimus illud in proposito, quod ex omnibus
Christiani orbis Episcopis coactum est, vel saltem ad quod omnes illi sunt legitime, sufficienterque
vocati: neque excludimus reliquos, qui ex privilegio sedis Apostolicae ad Concilia generalia non
venire solent, in illisque sententiam dicere: quamvis emm generale, vel uniuersale Con-
cilium dici possit illud cui praesit Romanus Pontifex, cum ipse sit caput vniuersalis Ecclesiae, ac
que adeo tota vniuersalis Ecclesia in suo capite ibi censetur adesse: tamen in questione propo-
sita per Concilium generale illud solum accipimus, quod ex omnibus fidelibus Episcopis consta-
num esse, vel ad quod omnes sunt sufficienter vocati. // //

2^o certum est inter Catholicos constantissimum, nullum esse posse Concilium gene-
rale cui tale nomen vere competat, nisi sit auctoritate Romani Pontificis, qui pro tempore
poterit fuerit conuocatum; quod satis patet in Concilio seu potius Conciliabulo Ariminensi: ra-
tio est aperta quia Romanus Pontifex est caput vniuersalis Ecclesiae cuiusdem Ecclesiae regi-
men, et instructio commissa est: neque ergo Ecclesia ad aliquid decernendum legitime
conuenire nisi eiusdem Romani Pontificis pro tempore existentis mandato et auctoritate:
quod probatur d. 17. per totam et pluribus alijs decretis Romanorum Pontificum, et Con-
ciliorum quae infra referenda sunt: de hoc late Turresemata lib. 3. sume c. 6. non
loquor impudenter casu schismatis quod alias extinguere non potuit, vel manifeste et incorrigibilis
haeresis Romani Pontificis (satis quod potuit in illam incidere de quo sub iudice lis est) quia in
prodictis casibus potest Concilium congregari ad haecdamnia propellenda dumtaxat, ad quem
cessum censerentur legitima etiam si Romani Pontificis auctoritate congregatus non essent.
sermo ergo praesens est extraxit casus; nam in reliquis Conciliis neque esse legitimum
in sua auctoritate Romani Pontificis conuocatum // //

3^o certum est, ut talis conuentus generalis Concilii nomine gaudeat in super requiri
ut in eo saltem praesent Legati Romani Pontificis, et Concilium sub eius obedientia, et instru-
ctione procedat: aliter in his in quibus ab obedientia desistat, vel praetergrediatur instructio
acceptam, nullam auctoritatem generalis Concilii habere poterit: ut videre est in Concilio
Cathedonensi, in decreto quo protulit Constantinopolitanum Antistes reliquis patriarchis,
quod quia statutum fuit praeter instructionem B. Leonis Magni tunc Romani Pontificis,
et repugnantibus eius Legatis nullius fuit roboris et irritum et nullum ab eodem Leone
Declaratum est // //

Jam 4^o certum est et deside: decreta fidei et morum a Concilio generali edita, et
a Romano Pontifice confirmata esse diuina et infallibilis auctoritatis. in quo omnes Ca-
tholici conveniunt et ex duplici capite se manifestum: 1^o quia Romanus Pontifex, ut ipse
caput vniuersalis Ecclesiae est infallibilis auctoritatis, in rebus fidei et morumque decernen-
dis ut modo suppono, quod quid decernit, vel decretum a Concilio confirmat (quod in pro-
posito idem prorsus est) certa fide tenendum est. Quare in hoc paria sunt omnia Con-
cilia siue nationalia, siue provincialia, siue diocesana cum generalibus, quodcumque
enim illorum confirmatum sit a Romano Pontifice eandem habet auctoritatem, et infallibi-



scirent quam ipsius Pontificis decretum. 2^o caput unde præmissa veritas proba-
tur est quia decreta Concilii generalis confirmata a Romano Pontifice sunt decreta uni-
versalis Ecclesie corporis namque in suo capite, sed veritas in membris fidei et morum erra-
re non potest ergo illa sunt ~~divina et infallibilis veritas~~, quippe est columna et firma-
mentum veritatis id ad Bimotium 3^o ergo nulli decretis errare non potest ergo sunt
divina et infallibilis veritatis. 1111.

Difficultas igitur opposita questionis cõcedatur: an concilium generale legitime
vultum sub obedientia Romani Pontificis, et eius instructione procedens, presentibus, et pre-
sidentibus eius legatis sint infallibilis authoritatis, in controversiis fidei et morum diximendy,
non expectata Romani Pontificis confirmatione. 1111.

Adversus quia insubditio Romani Pontificis multiplex esse potest, et secundum di-
versas eius formas diversimode philosophandum est; oportet enim hanc minutius per-
sequi, et enodare. Contingit aliquando insubditionem Romani Pontificis esse decretum de
veritate credenda, patet in Concilio Chalcedonensi, instructio Leonis Magni fuit decretum
de veritate, et impermixtione utriusque nature humane et divine in Christo et in 6^o sy-
nodo instructio Agathonis Papa fuit decretum de veritate duplicis operationis divine et
humane in Christo. In quocaso nemini dubium est quin diffinitio Concilii tam Chalcedonen-
sis, quam illius Constantinopolitani 3^o sit infallibilis ut patet decreto Romani Pontificis
stabilita; et quia erat consensus totius Ecclesie Catholice. Imò si rem ex altius consider-
emus antequam accederet diffinitio et sententia utriusque Concilii iam erat res deside ex deere
to Romani Pontificis: quare si propius loquamur illa Concilia non tam diffinierunt,
quam diffinitioni Romani Pontificis subscriperunt, et illam ut infallibilem suscep-
erunt et amplexati sunt. Quoad infallibilitatem ergo sententia et diffinitio nisi quam Concilii,
nichil refert quod decretum Romani Pontificis præcedat per modum instructionis vel se-
quatur per modum confirmationis 1111.

2^o contingit quod instructio Romani Pontificis sit ut solum res possit disputari
in Concilio non autem formari decretum, in consulto Romano Pontifice; in quocaso si Con-
cilium nihilominus diffiniret formaretque decretum illud non esset infallibile quod sequitur ex
dictis supra suppositione tertia quia iam prætergrediebatur metas sibi præfixas, et proce-
debat præter sui capitis, et Principis instructionem. Et idem iudicium est si Papa in instructio-
ne nihil diffiniret, sed suam tantum et particularis Partis sententiam proponeret, præci-
peretque ut si illam in Concilio decretum formaretur sine minus se infallibile formari non
posset, quia in omnibus standum est instructioni Pontificis et Concilio præ illam agens
saltem in ea parte Concilii nomen non meretur 1111.

3^o contingere potest quod instructio Pontificis, ea tantum sit quod una vel plures questio-
nes fidei et morum discutiantur, et nulli iudice devertatque Concilio quid tenendum
sit. In quocaso nichil Papa diffinit sed liberum relinquit synodo iudicium ferre in
illis controversiis quas discutendas diximendyque proponit, ut in plurius decretis Triden-
tini evenisse testatur. Tunc ergo vixet questio proposita antequam Confirmationem
Romani Pontificis diffinitio Concilii sit infallibilis authoritatis quod idem est ac inquirere
Utrum Concilium generale legitime congregatum et procedens habeat assistentiam spi-
ritus sancti ad sententiam dicendam in rebus fidei et morum: nam infallibilis auctoritas
aliunde

aliunde meius decretis esse non potest quam ab assensu spiritus sancti idem Con-
cilium dirigentis in his quae decernit // 113 // 113.

Peculiariter hoc inquitur de Concilio generali, nam ex reliquis omnibus speciebus Con-
ciliorum circa controversiam est quod percipias et sine confirmatione Romani Pontificis
non sunt infallibilis auctoritatis in his quae determinant, ut modo suppono, et ratio breui
teretur: quia dumtaxat in rebus fidei et morum potest esse infallibilitas, sed determinatio in
rebus fidei et morum, praeter Romanum Pontificem ad solam vniuersalem Salsiam
pertinere potest et haec in solo Concilio generali agitur ergo solius Concilii generalis decreta
possunt esse infallibilia, non vero Nationalis, prouincialis, aut diaeciani, quod uero ad solam
vniuersalem Salsiam pertineat de fide et moribus iudicare inde constat, quia fidei integritas,
et morum puritas vniuersam concernit Salsiam ergo illi soli liberauerit de his iudicare.
2. promissit quidem Deus Salsiam suam non errare, quam per se habuit esse columnam,
et firmamentum veritatis, nihil simile promissit alii nationi, vel prouincia, vel Dia-
cesi, ergo nullum Concilium praeter generale potest esse infallibile in iudicando. 3. denique
constat saepe errasse Concilia Nationalia prouincialia vel diaeciana, solum producam in
exemplum illud Nationale Octoginta Episcoporum sub Cypriano in quo rebaptizatio here-
ticorum decreta fuit ergo signum manifestum est illa non esse infallibilia in iudicando // 113.

Itaque statim controversia ista est: an Concilium generale legitime conueniens procedens
sub obedientia et instructione Romani Pontificis anteeius decretum et confirmationem
sui infallibilis auctoritatis, vel (quod idem est) habeat assistentiam spiritus sancti in rebus
fidei et morum decernendis // 113 // 113.

In qua quae varia sunt autorum sententiae. 1. est Cardinalis Surenhus matie lib. 3. summe
a. c. 12. et praesertim 32. ad finem ubi non solum ad conuocationem, vel instructionem
sed etiam ad iudicium, et diffinitionem Concilii contendit esse necessariam auctoritatem
et iudicium Romani Pontificis, adeo ut nisi ille iudice Concilii generalis iudicium ratum
esse non possit: sicetiam Caieta. tom. 1. opusculor. tit. 1. c. 9. et 11. et tit. 10. c. 1. p.
Apolgia c. 20. 21. et 22. c. 1. ar. 10. Valentia lib. 3. Analysis fidei Catholicae
c. 4. et Alij, et Turresemata pro se refert Ajmaxum Archiepiscopum Remensem
in lib. de synodi. c. 18. Ab his auctoribus dum Romani Pontificis iudicium postulatur
ad decreta Concilii corroboranda non plautum illius vtriusque particularis Doctoris exigitur, sed di-
stinctio et determinatio eiusdem ut iudex et caput vniuersalis Salsiae // 113 // 113.

Et videtur esse sententia D. Thomae 2. 2. q. 1. ar. 10. in corpore illis ver-
bis, ad illius quae auctoritatem pertinet editio symboli ad eius auctoritatem pertinet
finaliter determinare ea quae sunt fidei, ut ab omnibus inconcusse fide teneantur;
hoc autem pertinet ad auctoritatem summi Pontificis. unde tandem Concludit. et ideo ad
solam auctoritatem summi Pontificis pertinet editio symboli noua, sicut et alia omnia,
quae pertinent ad totam Salsiam ut congregare synodum generalem, et alia huiusmodi.
verba uidentur aperta, et notanda est illa exclusio ad solam. Et idem dicitur Tho-
mas in opusculo contra impugnantes religionem c. 4. sicut (inquit) Patres in
Concilio congregati, nihil statuere possunt nisi auctoritate Romani Pontificis
interueniente, sine qua etiam nec Concilium congregari potest // 113 // 113.

Quae sententia multis probari videtur. 1. ex Julio 1. ca. decreta. quae est rescriptum



81
Contra Orientales pro Albanario et alijs, ubi damnans quoddam Concilium Antiochenum
aperseuoribus Arabibus celebratum sic scripsit. Quoniam neque ab Heterodoxis Episcopis
copis hoc concilium actum est, nec Romanae Ecclesiae Legatio interfuit canonibus praecipien-
tibus sine eius auctoritate concilia fieri non debere; neque ullum ratum esse aut esse un-
quam Concilium, quod non factum fuerit eius auctoritate. refertur. c. regula i. d. Eius post-
quam docuerat Concilia sine auctoritate Apostolicae sedis cogi non posse. demum subiicit rata
esse non posse nisi eiusdem sedis auctoritate subiantur: quod idem prorsus est ac si diceret.
confirmantur, nam praeter conuocationem et instructionem nihil aliud desiderari potest.
nisi confirmatio ergo sine illa concilij generalis iudicium ratum non erit aut infallibile.
Eadem sententia est et similia verba Damasi 3. decretali. quae est res scriptum ad Stephanum,
et tria Concilia Africana. Huc etiam pertinet illud Paschalis Papa refertur. c. signi-
ficasti de electione, cum omnia Concilia per Romanum Pontificem et Romanam Ecclesiam
auctoritatem facta sint et robur auerunt. C. Gelasius Papa in epistola ad Episcopos Darda-
niae sic ait. quae (scilicet Romana sedes) et unamquamque synodum sua auctoritate con-
firmat refertur c. q. 1. c. confidimus. Et q. d. c. bene quidem sic legitur | quanto magis
quod in apostolica sede nunc existente praesule, qui merito B. Petri Apostoli per uniuersum
orbem primatum obtinens sacerdotij, statutis synodibus consuevit tribuere firmi-
tatem. Ex his omnibus reliquum est uidentur conciliorum generalium decreta sine
Pontificis Romani confirmatione rata esse non posse. 1111.

2^o Ioannis Li. soli Petrus dictum est pascere oues meas | ex quo si deducitur soli
Petri et eius successoribus commissum esse et impositum pascere dominium gregem
uniuersos inquam Christi fideles; sed credenda agenda qz praescribere est pascere do-
minicum gregem q^o soli Petri, et eius successoribus Romanis Pontificibus datum est,
q^o illis solis sedis est in rebus fidei et morum infallibiliter iudicare. 1111.

3^o Romanus Pontifex est caput Ecclesiae et Primus eius, id capitis e' dirigere, et statuere
non corporis, et reipublicae sine primatu legem condere, aut aliquid sanare non potest, ergo
neqz ulla Ecclesia sine Romano Pontifice. 1111.

4^o illis solis est infallibiliter iudicare, cuius est suprema potestas, ad haec uide' in titolo
Romano Pontificis q^o ille solus potest infallibiliter iudicare, maior probatur e' quia infallibilis di-
stinctio omnes obligat et ab omnibus suscipienda est q^o a sola suprema Ecclesia potest profertur.
potest. 2^o quia illa distinctio infallibilis, eo quod talis, ipsum etiam Romanum Pontificem
obligaret; at absurdum est, quod inferior possit superiorem obligare et in aliquo sibi subiacere
ergo illis superior potest infallibiliter diffinire, et haec erat maior. Nihil e' notissimum ex
primatu Romano Pontificis: et breuiter probatur ab inconuenienti; quia alia essent in Ecclesia
duae supremae potestates non subordinatae, quae est deterior regiminis forma. sequella patet
quia tam in Romano Pontifice quam in Concilio generali esset suprema potestas, qui ipse
infallibiliter diffinendi in rebus fidei et morum; et non subordinantur siquidem ponitur
Concilium infallibile in iudicando citra confirmationem Romani Pontificis 1111.

5^o omnes maiores causa ad sedem Apostolicam referendae sunt, ut ab illa deter-
minentur sed potissime causa sunt fidei et morum q^o ista per sedem Apostolicam sunt de-
terminanda. maior est expressio distincta a pluribus Romanis Pontificibus. Nam Beheri-
ng^o dicit. si haec iudicia enim Episcoporum maioribus Ecclesiae causa, a sede Apostolica

et non.

et non ab alia sicut Apostoli et sancti successores eorum statuerunt; cum alijs Episcopis sunt terminanda qui aliter in alios transferantur. Episcopus B. tamen Apostolo Petro di sum esse quocumq; ligaveris etc. et reliqua privilegia que soli huic sedi concessa sunt. 1111.

Marullus 19^o de iur. / ad quam (scilicet sedem Romanam) unda maiora eccl. siatica negotia diuina disponente gratia iugiter sunt referri. ut ab ea regulariter dispo nantur; a qua sumptim principia; et infra. Episcoporum iudicia et maiorum causarum negotia, siue cuncta dubia Apostolicę sedis auctoritate sunt agenda et finienda. 1111.

Melchisedes vnica deor. sed semper maiores causa sicut sunt Episcoporum et priorum cura negotiorum ad vnā B. Petri Principis Apstolę sedem confluerent, ut inde suscipiant finem negotiorum, vnde susceperunt in iur. institutionum, nequando apud discrepant capis 1111.

Julij 19^o de iur. ipse vero et sedis Galicie conuocandarum generalium synodo cum iura et iudicia Episcoporum singulari privilegio euangelicis, et Apostolicis, atq; cano nicę concilia sunt instituta, quia semper maiores cause ad sedem Apostolicam multi sauto ritatib; referri precepte sunt, et infra. / non oportere preter sententiam Romani Pontifi cis Concilia celebrari, nec Episcopum damnari. / quod etiam in rescripto ad Orientalę apstuit ex synodo Nisena. et in decret. prius citata adhuc infra / et ad eam quasi ad matrem atq; apstuen omnes maiores Galicie cause et iudicia Episcoporum recurrant eius quę iugiter sen tentia, (velut alijs legunt iuxta eius sententiam) terminum sumant. 1111.

Innocentius 19^o epist. 26. quę est rescriptum ad Concilium Mileuitanum refertur. cap. quodis 24. quę quęstis fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratres et Episcopos nos tros, non nisi ad Petrum id est sui nominis et honoris auctorem referre debere (veluti nunc retulit vestra dilectio) quod per totum mundum possit omnibus Galicis incommu ni prodesse. Regat qđ liquidum ex his testimonijs maiorę ecclesie (causa ad sedem Apsto licam esse referendę ut ab illa diffiniatur et decerni nentur, et hæc erat maior. Minus est manifestissimas nempe quod potissima causa sine fidei et morum sequitur qđ con clusio quod ista sint per sedem Apostolicam terminanda. 1111.

6^o principaliter probatur, quia Concilia generalia semper postularunt confirma tionem Romani Pontificis, quando perscipsum non præfuit, frustra autem postulare tur, nisi ad infallibilitatem deorum esset omnino necessaria, sentiunt qđ Concilia in fallibilitate suorum decretorum ex sola Confirmatione Pontificis dependere. 1111.

Ultimo tandem probatur, (ut putantant auctores istis sententia validissime) quia defacto errant Concilia generalia qđ non sunt infallibilia in iudicando. Conse quentia est necessaria scilicet abesse ad prone: antecedens probatur et in Concilio Ephe sino secundo quod fuit auctoritate Leonis Magni congregatum, et legati eiusdem Ponti ficis interfuere, et tamen iure innoxio Discorū et Luthy obetis: et in Concilio Bas ileensi quod 14^o de iur. de iur. se esse supra Papam, et tandem processit vsq; ad depor tionem Eugenij qđ legitimi Venerabilis que Pontificis, quem tamen integra Occidentis, et Orientalis, suscepit nihilominus et adorauit 1111.

7^o sententia e' Auerentium quod si Concilium sic legitime congregatum et procedat sub Pontificis obedientia et in subiectione, tamen si aliqua eius pars etiam maior possit errare, veniunt tamen quando cumq; conueniunt omnes prorsus Patres Concilij eorum diffinitio infalli bilis



libij est in rebus fidei et morum etiam ante confirmationem Romani Pontificis, si sano lib.
1^o de locis & 3^o ad in exponendum Banes 2^o 1^o q^o 1^o ar. 10, in prioribus Commentariis Dub.
4^o con. 1^o / nec displicet Valentia lib. 3^o Analysis fidei catholicae c. 4^o & Respondendus
est in re solutione quam affert ex Canone nunciatum neque illam requirit tametsi aliam ma-
gis probauerit. Fundamentum huius sententiae est; quia tota Ecclesia in omnibus Conciliis pa-
tribus legitime et sufficienter representatur q^o habet Concilium eadem privilegia, quae tota
Ecclesia; sed tota Ecclesia adhuc praesumendo summum Pontificem indiscernenda fide et mo-
ribus errare non potest, quamvis aliqua pars eius errare possit q^o Patres Concilii generalis,
licet aliqua eorum pars et forte maior errare possit omnes tamen simul errare non possunt;
adhuc ante confirmationem Romani Pontificis. Maior huius discursus infra probanda est
ideo huius supponitur, et similiter probatio in consequentia. Minor sub sumpta, videlicet
quod tota Ecclesia adhuc praesumendo summum Pontificem errare non potest est de fide certa;
et patet, tunc quando sedes vacat, et nihilominus habet Ecclesia illam infallibilitatem, tum
etiam quia Papa, ut particularis persona, errare potest, et dato quod erraret nihilominus
tota Ecclesia errare non potest, q^o manifestum relinquitur quod tota Ecclesia secluso etiam
summo Pontifice errare non potest, 1200 12.

3^a opinio est assertivum quod quando Pontifex protulit suam sententiam de qua
hinc de iurisdictione, et maior pars Concilii convenit cum illa talis definitio est de fide atq^{ue}
alia nova confirmatione. Neque vero postulat haec sententia definitio^m Papa quae determinet
ut caput Ecclesiae et proponat aliquid fidelibus ut credendum, sed iudicium illius ut est 3^o quidam
particularis, cum quo si conveniat maior pars Concilii dicitur illam definitio^m esse infalli-
bilem. Ita Cardinalis Belarminus lib. 2^o de Conciliis et Ecclesia c. 11^o nam cum 3^o secundo
videt varios modos proponeret quibus Patres et legati in Concilio se habere possunt si aut
4^o consentientibus omnibus cum legatis habentibus, et sequentibus Papae institutionem. Et in
par. 3^o de 4^o modo sic ait. De 4^o modo vix dubium esse potest, videtur enim esse certum
tale Concilium non posse errare. Primum enim in tali Concilio invenitur expressus con-
sensus capituli, et membrorum, ac proximo totius Ecclesiae, quae sine dubio errare non potest;
Neque est quod institutione illa a Pontifice data non videtur definitiva sententia Apostoli-
ca sedis; nam quando Concilium consentit cum Pontificis sententia formaturq^{ue} decretum a
legatis nomine Pontificis, tunc incipit esse sententia definitiva et ultima non solum Con-
cilii, sed etiam Pontificis, neque potest Pontifex eam retractare, nam certum intelligit senten-
tiam suam fuisse a Deo quando a Concilio approbatur / ad quod insequentibus citat quodam
Leonis Magni testimonium ex Epistola 62. ad Theodoretum. Neque vero existimet quod
quia 4^o modum proponens dixit / consentientibus omnibus cum legatis / omnium pro-
hibet qui ad hunc in Concilio consentum exposcunt, atque adeo quum praesenti comitatur; ad-
vertat quod in eodem capite 3^o at obijciunt, explicans an ut dicatur decretum Concilii
sive necessarius unanimitas consensus omnium si scripsit. Et autem verum decretum
Concilii, quod fit a maiori q^o alioqui nullum esset legitimum Concilii decretum cum
semper aliqui dissentiant q^o Concilium absolute dicitur errare quando errat maior pars,
quae format decretum. Unde planum relinquitur quod quando antea dixerat omni-
bus consentientibus intelligit omnibus qui sufficienter ad decretum profereendum consen-
tente videlicet maiori parte 1200 12.

Etiam

Eandem sententiam, quantum ego conijcio approbat Gregorius de Valonia ubi supra
 § ad confirmationem cuius hæc sunt verba. Nam si Legati sequuntur instructionem,
 et quasi conceptam iam ante diffinitionem Pontificis, quam ab ipso prius acceperunt tunc
 sane eo ipso quod Concilium habeat auctoritatem Legatorum, habet etiam ipsius Pontifi-
 cis, præcipue errare nequit: si autem talem a Pontifice instructionem nondum illi
 acceperunt, aut eam non sequuntur errare Concilium, etiam illis consentientibus, potest.
 Cuius verba si attentis expendantur satis produnt auctorem istum non exposcere ve-
 ram absolutamque diffinitionem Pontificis, quæ rem faciat de fide ut inde decretum Con-
 cilij suscipiat infallibilitatem. quia dixit quasi conceptam iam ante diffinitionem:
 concepta vero diffinitio id profecto sonat quod Pontifici in animo esse diffinire, et hunc
 animum exposuisse Legatis de fide tamen nondum diffinisse sed animum diffinendi
 non fuisse rem de fide præterea dixit quasi conceptam diffinitionem, et particula
 [quasi] est diminutiva, et in proposito idem videtur præferre ac si diceret papam esse in-
 clinatum ad diffinendum et id prædidisse Legatis, et talis inclinatio, quod omnibus indubi-
 ratum esse, non sufficit facere rem de fide. itaque huiusmodi videtur sentire: quod si Con-
 ciliium conveniat cum sententia Pontificis licet non diffinitiva decretum Concilij erit in-
 fallibile. cuius exemplum videtur fuisse Alphonsus de Castro lib. 4º adversus Hereses 2º
 [Conciliium] illis verbis quod si omnes sic congregati unanimiter et conformes, aut eorum
 maior pars cum summo Pontifice consentiat illa erit certa sententia, et pro infallibili Con-
 cilij generalis diffinitione tenenda. Quamvis de opinione huius auctoris dicendum sit
 infra. 112 113 114.

Fundamentum cuius opinionis illud est quod expressit Belarminus verbis relatis:
 quia in eo casu est consensus totius Ecclesie capituli 13 et membrorum; et tota Ecclesia
 in his quæ sunt fidei et morum errare non potest neque Concilium generale, nec eam.

Unaque Posterior relata sententia admittit determinationem Concilij in rebus
 fidei et morum, in quibusdam casibus, esse infallibilem, ante confirmationem, vel
 diffinitionem Romani Pontificis 112 113 114.

Nihilominus Concilium generale legitime congregatum, et procedens in rebus fidei,
 et morum decernendi esse infallibile auctoritatis citra diffinitionem vel confirmatio-
 nem Romani Pontificis communem esse receptamque sententiam, et ab omni nota per se libe-
 ram, Deo dante, ex varijs capitulis ostendemus: et 1º, ab auctoritate Theologorum, qui id
 docuerunt. Singulorum verba breviter referam, ut vni cuique sensus clarior fiat. Placuit
 tamen illos in tres classes dividere. 1º sit illorum qui hanc nostram sententiam ap-
 te testati sunt. 112 113 114.

Abulensis 2º defensorij c. 36. 37. et 38. satis docuit hanc sententiam
 sed illam planissime asseruit c. 62. ad finem huius verbis, et ob hoc recte sacrum Con-
 cilium esse infallibile magister omnium Catholicorum et etiam Pape, et declarat ei quid
 tenere debeat, et illi obligantur sequi eius diffinitionem. 112 113 114.

Cardinalis Nicolaus de Sessa in concordia catholica lib. 2º c. 8º ad finem postquam
 multa ad propositum præmissit sic ait. ex quare sequitur iuxta subscriptiones præ-
 tactas vigorem statutorum Canonum in Conciliis non ex Pape, neque ex capite Concilij;



sed ex unico concordanti sensu vigorem habere, talia enim statuta Catholicae Ecclesiae communi sensu edita. Viennae synodus redeuntis de heresi voluit profiteri debere. Et infime c. 13^o sic loquitur, et dum hanc partem defendimus quod Papa non est vniuersalis episcopus sed super alios primus, et sui sacrorum Conciliorum non in Papa, sed in communi sensu omnium, vigorem fundamus, tum quia veritatem defendimus, et vnicuique suum honorem referamus, recte Papam honoramus. 1. 2. 3.

3
Cardinalis Stanislaus Ossius vir doctrina suppellectile diues, qui pro ortho do xafide non minus strenue quam gloriose dimicauit, et nomine sedis Apostolicae praesuit synodo Oecumenicae Tridentinae in proposita questione promptis certat. nam in confes^o Catholicae c. 24^o quod est de Concilio Oecumenico, sic ait. Nec vero dubitare debet quisquam Christianus, quin Concilium Oecumenicum legitime congregatum Ecclesiam Catholicam repraesentet, quam ob rem quod ab illo statutum, ab Ecclesia sancta statutum. Auendo congregatum dixit non confirmatum et paulo infra. quoniam ergo Ecclesia spiritus sancto regitur in his quae pertinent ad fidem errare nullo modo potest. Audi quod eandem infallibilitatem tribuit generali Concilio legitime conuenienti, quam toti Ecclesiae. Idem auget lib. 2. de iudicijs rerum Ecclesiasticarum non longe a principio habet haec verba. In his enim quae in factis sunt fieri potest ut fallatur quandoque Concilium ut autem erret in his quae sunt fidei, modo sit legitime congregatum fieri non potest. Expende exceptam modo sit legitime congregatum. et subiungit profer Brienti vel vnum aliquod Concilium plenarium legitime congregatum in quo prioribus plenarijs Concilijs itidem legitime congregatis contrarium sit aliquid constitutum in ijs quae ad fidem pertinent nullam certe proferre poteris. Nam si quae Arimini, vel Seleucia, vel Sirmij, vel Antiochia, vel iterum Ephesi congregata sunt protuleris quandoque ^{aut} auctoritate Romani Pontificis, vel congregata vel comprobata iuxta canones Concilij Niceni non sunt legitime congregata Concilia diu non possunt, sed Conciliabula potius, et conuenticula. Disiunctiue dixit, vel congregata, vel comprobata, sufficit ergo alterum ut sit legitimum Concilium generale quod errare non possit. Et post medium libri loquitur in his verba. Ceterum sicut singula Ecclesiae membra, quamlibet excellenti fuerint, et iusta sanctorum, et doctrinae praedita, posse tamen errare credimus: sic ubi tota conuenit Ecclesia, quoniam certam habere praesentiam Christi, et gubernationis spiritus sancti nemo pius ambigit, ibi nullum infidei dignitatis errorem admitti posse certum et indubitatum habemus: quam ob rem illis decretis proximum a scripturis canonicis locum tribuimus: et ab eodem eo spiritu sancto profecto credimus, quo fuerunt inspirati, qui scripturae canonicas libros ediderunt. Cumq^o in sententia istius auctoris eo quod Concilium sit legitimum congregatum, censetur tota Ecclesia, illis decreta praorsus sunt infallibilia, et post canonicas scripturas locum habent. Denique in confessione Catholicae c. 24 citato aperte docet hoc differre Concilia Nationalia generalibus quod illa errare possunt et non ista, et sic exponit Gratianum d. 18. c. 1. iam postulo quando disicimus illud statui inter Nationalia et generalia Concilia, de quibus intelligit de confirmatijs ne decreto Pontificis, vel de non confirmatijs, legitime tamen conuocatis? si^m diuixio Catholica et doctissimo stabili dum errorem

impingis, quod Pontifex inconfirmandis Concilijs Nationalibus errare possit: si secun-
 dum dicas, habeo mentum. Delinquitur namq[ue] Concilia Generalia ultra confirma-
 tionem errare non posse. fuissem mentem huius auctoris prosequens sum, quia cuius au-
 thoritas non ponderis leuis est apud Theologos. // 5 //

4 Gerson antiquus Theologus Alphab. 10. lit. A. b. cum id asseruisset, et probasset
 ex decreto Concilij Constantiensis infra asserendi, subdit huic veritati fundata supra
 petram sacrae scripturae, quisquis a proposito detrahit, cadit in mare etiam iam damnata b.
 - Alphabeto. 17. littera 2 seminator (inquit) autenticus, et finalis doctrinarum fidem
 tangentium est generale Concilium. + et Alphab. sequenti littera A. negat tantam in-
 fallibilitatem Papa decretis, in quo errauit quidem, sed aperte ostendit in sua sen-
 tentia Concilium non mutare infallibilitatem ad affirmacione Pontificis. sepe alibi
 hoc docuit, ut uideret Alphabeto in littera X. y. z. et alijs in locis. // 5 //

+ quod in sequenti
 hoc probat +

5 Almainus de auctoritate Ecclesiae c. 6. postquam in 1. propositione statuit sum-
 mum Pontificem immediate habere a Christo supremam potestatem secundam subiicit
 in hac uerba. 2. propositio, Christi immediate hanc potestatem contulit Ecclesiae ca-
 piendo Ecclesiam pro collatione omnium fidelium sive pro collatione omnium prelatorum
 maiorum, et minorum qui succedunt Apostolis, et discipulis, sive pro Concilio generali
 Ecclesiam representante. Et quod potestas Concilij non dependeat a Papa confirmatione,
 non solum docet, sed probat ex c. 2. decretis 88. d. et in c. 7. et 8. sequentibus de hoc late
 contra Caietanum ~ et c. 9. statuit secundam propositionem sub his uerbis. Concilium
 universale in his que fidei sunt errare non potest et si ad ipsum ultima fidei decisio spectat,
 et infra uersus finem capituli cum dixisset Ecclesiam in fide et moribus errare non posse
 subiungit / et priuilegium Ecclesiae transit immediate in Concilium non autem in su-
 mum Pontificem pro sua sententia citat Okamum, Marsilium de Padua, et Nicolaum
 de Suse. Legatus etiam Almainus in uerbis de potestate Ecclesiastica c. 6.
 et 17. uerum est quod ille errauit ut Gerson existimans summam Pontificiam non
 esse infallibilem indifferendo // 5 //



6 Thomas de Victoria relect. de potestate Papae et Concilij § 2. dato si uer-
 bit ~ tamen ad Papam vel Concilium spectat intere prestare et declarare tale uer-
 posset diuinitati, et item an Concilium aliquod determinet aliquid esse de fide, aut
 de iure diuino Papa potest hoc aliter declarare? ad hoc priori nulla est contentio, et
 ideo breuitergit, 1. propositio. Si Concilium declarat aliquid esse de fide, aut de iure
 diuino Papa potest hoc aliter declarare, aut in mutare
 maxime si tale uer- spectet ad fidem, vel ad mores Ecclesiae universalis, probatur, quia
 in illis Concilio errare non potest hoc quod in sequentibus late probat. // 5 //

7 Petrus de Soto egregius Doctor et indefensus haereticorum insectator in defen-
 sione Catholicae h. sermo presente ex certo iudicio Ecclesiastico indubij fidei necessa-
 rio et ratione eius Postquam c. 13. docuerat Concilium auctoritatem a Christi
 promissionibus esse c. 14. ait in hac uerba. Et tantum id in Concilio consi-
 derandum an legitimi prelati (in quibus probatur esse Ecclesiam esse non posse) legitima aucto-
 ritate eius saluet qui superior est omnibus, conueniant ad implenda ministeria

15
sua, et quod eis a Christo commissum est. Hoc inquam scit nobis esse debet ut nullus p[ro]p[ri]o
19, nullus minoris auctoritatis possit delorum sententia, aut dubitare, aut censere
Deo necesse est illam relinquit, quem nondubitamus ita affuturum prelati, ut p[ro]p[ri]os tam
quam permittuntur et organa quadammodo ecclesiam suam veram fidem. Quid
clarius? semel et iterum apposuit exclusivam, et tandem [ait] Deo soli relinquentiam
esse sententiam Concilii, cuius demum definitio est assistit; nondum esse deferendam
Papa sed relinquentiam soli Deo 113 113 113.

8 Dominicus 229 in 4^o d. 20. ar. 4^o ad 2^m sic ait. Quoniam episcopi, et qui legi-
time sunt persona Concilii legitime congregati presidente Papa, aut eius legatis, eo ipso quod
sunt episcopi persebent, dum publica auctoritate congregantur auctoritate ecclesie
sicut senatores in senatu: quare nulla alia indigent Papae auctoritate, nisi si quod
ipso sit presentis tamquam caput. Et infra. Non ergo aliter Concilium sicut auctoritatem a
summo Pontifice quam quod episcopi creantur ab ipso. 113 113 113

9 Capitulo 2^o de iurisdictione hereticorum punitione c. 6^o cum illam nostram interminis
versaret questionem anitra confirmatio^m Pontificis Concilia generalia essent infu-
libilia in diffiniendo sic Respondet. Ego quid enim firmiter sentio, ne que aliud sentiendum
censeo, talia Concilia, que extoto terrarum orbis auctoritate Papae congregata sunt,
in quibus et si Papa sit absens, ipsius tamen legati presentes sunt, esse dicenda
generalia Concilia, et per consequens non posse infide errare: non quidem propterea
quod legati sedis Apostolicae sint infallibiles in diffinitionibus fidei, cum illi perse soli
errare possint sed quia solus ille ceteris, in quo adsunt errare non potest propter
assistentiam spiritus sancti. Et Paulo supra sic protulit. Si talia concilia errare
possent dicatur, consequens est, ut etiam concedatur talia Concilia sine presen-
tia Papae non esse dicenda generalia, aut quod generalia Concilia auctoritate
Papae congregata possunt errare: quorum utrumque est absurdum. Nam quod ge-
neralia Concilia auctoritate summi Pontificis congregata errare possint haec est
multorum hereticorum, ab omnibus Catholicis damnata. Et supra c. 5^o late eam-
dem sententiam probaverat. fateor quod si sui auctore oppositam nostrae sententiae
haec damnet [ut videtur] rigida nimis est, et falsa censura neque in hoc illi
assentior 113 113 113.

10 Concluidas questionarij lib. 4^o q. 1^o prop. 9. Concilium generale (inquit)
legitime congregatum, si fiat quod in se est, uti facere regulariter credendum
est, nisi oppositum constet manifeste, in rebus fidei, et morum diffiniendis, etiam
ad modicum tempus errare non potest, et illius definitio in suberimine et poena
haereticis ab omnibus standum est. Et statim. Haec propositio negatur ab Haereticis,
sed et aliqui Catholici simpliciter sine ulla limitatione dicunt Concilium gene-
rale, etiam legitimum si ibi non est Papa errare posse, et refert nonnullos ita sen-
tientes. Et postea. sed cum praedictorum limitationibus propositio haec contra eos omnes
oppositum sentientes probatur, quod supradictum, quod in sequentibus late prosequitur.
Et in eadem c. 10^o d. 2^o d. dicitur haec opinio. Cum retulisset sententiam dicens
quum, deo Concilia generalia postulare definitio^m Pontificis, quia sine illa non

Non habent infallibilitatem, subdit. Sicut. Sed certe hæc eorum opinio non videtur vera, nam etiam Papa ipse stare tenetur predicti Concilij definitioni in fide et moribus. Et q^o 2^o eandem opinionem iterum tractans S. Propter hoc Caietanus sic loquitur. Sed certe hæc eorum opinio falsa est, et dissona rationi, et autoritatibus Sanctorum, et scripturæ. Et q^o 4^o opinionem 3^{am} quam probat et sequitur, in eod. placito perscrutat. // 113

11 Gaspar Cardillo Villalpandicus in Tridentina synodo Theologus sanctissimi P^{apae} 4^{ti}, et vicarius Episcopi Abulensis, lib. contra protestationem confessionis Augustanae edito tempore eiusdem Concilij disputationes 5^{as} probant Concilium Tridentinum fuisse generale, cui indubia fides sit adhibenda assumit derivatione Concilij generalis nihil aliud esse quam ut à Papa indicatur, cogatur, et celebretur, et quod cause fidei et morum in illo tractentur, indeq; inferens discrimen inter Concilia generalia ex una parte et reliquas species Conciliorum ex alia, colligit in hæc verba. Hinc fit ut de cetero diocesani Concilij Provincialia, et Metropolitanæ non habeant vim obligandi totum orbem Christianum, quoniam neque Concilia quæ dixi facultatem habent decernendi quæ totum orbem Christianum decent nisi à Pontifice Romano probentur, atq; de illis ut ab omnibus observentur edito suo caveat. Quale precor esset hoc discrimen si Concilium generale ad omnes obligandos simili modo confirmationes Romani Pontificis indigeret? et disputat. 9. ex professo probat Concilium generale modò sit legitime congregatum habere assistentiam spiritus sancti: et refert se id latius docuisse in Apologia contra Montanum. // 113



12 Franciscus, Ordinis Franciscanus in 4^{to} de B^e ap^{osto}l^{ice} et corollario 2^o sic ait. Hæc est etiam una causa propter quam generalia Concilia a summo Pontifice petunt confirmationem, ne si postea diffideat a Concilio, causare possit vel non consensisse, vel legatos institutionem apud eam non observasse ante talem confirmationem, si legati institutionem servaverint Concilium errare non potuit, quia erat generale assistente capite cum membris, quæ assistere ad diffiniendum debebant v^{el} Episcopis, non enim ex futura confirmatione pendebar assistentia spiritus sancti ad tale Concilium, quod neque generale dicendum fuisset ante confirmationem, quia per se ipsum Papa non aderat, neq; confirmatio, illud generale faceret, si prius non erat. Secunda classis sit illorum qui licet rem non ita expresse doceant adeo insinuant ut eorum doctrina necessario colligatur. // 113

13 Thomas Waldensis lib. 2^o doctrinalis fidei ar^{tic}ulo 2^o. c. 26. et 27. multa profert de infallibilitate Conciliorum contra Wickliffe, nunquam tamen exigit confirmationem Papæ. et c. 26. sic loquitur. Non igitur dubitat Ecclesia sancta Dei toties assistere sibi spiritum sanctum, quoties congregari fuerint auctoritate plenaria in nomine Christi ad fidei dubium resolvendum. Licet sola postulat congregationem plenariam auctoritate, id est Romani Pontificis. Clarius adhuc quia ar^{tic}ulo 3^o sequenti c. 46. et 47. dicit in Papa etiam esse infallibilitatem in iudicando de rebus fidei et morum. Condistinguunt igitur duas regulas fidei v^{el} in fallibilem Concilium v^{el} et Papam: si in præteritis et falso distingueret;

si tota infallibilitas Concilij est ex decreto Pontificij semit 9. citra decretum
Pontificij diffinitio nem Concilij generalis legitime congregati et procedentis esse
infallibilem. // 113 // 3

14 Michael Medina vir acuto ingenio, et eruditione non vulgari lib. 2. de
recta in deum fide c. ultimo fidei regulas enumerans hoc ordine collocavit, sacram
scripturam, Conciliorum generalium diffinitiones, Romanorum Pontificum decreta.
con distinguunt 9. has fidei regulas verba non refero brevitati consulam // 113 //

15 Michael Palauius m. b. d. 24 disput. 4. fidei regulas statuens eodem ordine
enumerat 1. est (inquit) scriptura sacra 2. est Concilia generalia rite et recte
celebrata, quia si non celebrantur auctoritate Papae non habent veram decretorum.
si non celebrantur dixit confirmationem non exigunt. 3. regula est apostolicae sedes con distinguunt
9. utramque regulam. Et eadem d. disput. 2. ad 1. m. sicut. Primo Responsio Concilia deume
nica in decretis fidei et morum habere certissimam et irrefragabilem fidem, et deinde comparat
illorum Papae, et cum sacra scriptura ⁱⁿ infallibiliter et subiungit / Arbitria autem Concilia gene
ralia esse minoris auctoritatis, quam Papae sit auctoritas non quantum ad infallibilitatem
decretorum, sed quantum ad auctoritatem prius; quippe Concilij auctoritas ex Papae est etenim
Papam si subdueris, hoc est, Papae potestatem, Concilium generale suae deponit vires indecer
nendis causis fidei et morum. Haec ille. Attende quod in infallibiliter non dicitur esse Conci
lium infans Papae, sed in auctoritate principis, id est, nec quod legitime non congregatum sine
auctoritate Pontificij, et si non sit legitime congregatum non est infallibile, neque verum Con
cilium. quod autem idem auctor. d. 25. disp. 3. dixit Concilium sine decreto Papae non
posse avertare fideles ad credendum: id est quod alij theologi dicunt, quod licet decreta
Concilij ante confirmationem sine de fide non tamen obligant singulos fideles ad creden
dum donec a Pontifice proponantur, vel alio auctoritate contradicere sibi manifeste. // 113 //

16 Joannes Lenseg delecta lib. 6. c. 17. sententiam Concilij generalis in rebus fidei
infallibilem esse probat ex varijs capitulis; tum ex eo quod P. in illo convenienter sunt Pa
res Domini Gregis in hoc positi ordinatione divina, ut non essent subditi eis populi in partem
fluctuantium paxulorum, qui circumferrent omni vento doctrina, si illi essent quorum vocem
ores tuos sequi possent: quod illi errori subditi possent idem iudicat atque ipse infans aduersus
Eclesiam praevaleat possent; et Concilium generale esse illam Eclesiam quam si quis non
audierit sicut ethnici et publicani sit habendus. His fere verbis ille. Et tandem subiungit.
Capropter maiores notari eam esse unam putarunt conservandae unitatis rationem, si ex di
versis terrarum partibus, Eclesiae Episcopi in unum convenirent et in ipsi quae fidei essent atque
doctrina quid populos sequi oporteret, gravissima quae in Eclesia esse possit auctoritas
monstrarent: ubi enim Eclesia fides, vel agnoscere, vel nosse audiri certis queat? quod vero illam
infallibilitatem non referat nisi solum summum Pontificem vel eius decretum satis patet ex
ratione quam adduxit de fine et institutio Papae, id est Episcopi auctoritate Eclesia // 113 //

17 Axiomata Christiana lib. 2. ar. 4. c. 7. statuit illud discrimen inter
Nationalia et generalia, quod ista errare non possunt bene tamen illa; certe de non co
firmatis intelligit vel manifeste errare c. 8. dicit in factis maxime sibi placere Athuleno
semper auctorem sententiam supra retuli d. 9. exponens partes summi Pontificij et Concilium
generale

generale non erret. Videat (inquit) sumus Pontifex quos Pastores constituat, quos legatos eligat, quos Patres vocet, et quos bonos et doctos viros admittat; namque si haec omnia diligenter, et prout decet, in quantum fieri potest faciat, ista 2^a sententia qua dicitur simpliciter Concilium non posse errare placet magis propter ea quae dicta sunt. Cuiusmodi minutula enumerantur, quod maximum est, et omnino necessarium, subiaceret confirmationem scilicet et decretum si contra illud Concilium posset errare etiam illis omnibus praesentibus, quae recensentur c. 10. sequenti explicans ius Papae in convocandis Conciliis generalibus, modis locis signandis de confirmatione non meminit. eodem libro. ad. 6. c. 2. dissentire (inquit) a Patrum sententia in Concilio habita, non solum non licet sed etiam haereticum facit: dissentire autem ab eis quasi a singulis (quod fit dum eis in aliquo adversatur quod ipsi in Concilio non diffinierunt non est haereticum, sed quidem temeritas, aut superbia magna. si idem Papa diffinit quorundam dissentit resistere eis quasi ut multis (convenientibus nempe in Concilio) et hoc esse haereticum? lib. 4. diff. 4^o postquam in illa questione an Concilium sit supra Papam vel e contra varias sententias retulerat & 4^o duo statuit; alterum de eminentia Papae a quod apud ipsum est supremum tribunal quoad potestatem ordinis et iuris dictionis supra omnes et singulos de Ecclesia simpliciter et absolute loquendo. alterum (ait ille.) quod uniuersale Concilium est quidem representativum uniuersalis Ecclesiae tamquam prima et simillima suae generis gradus suos et statum Ecclesiae suae distinctum habens, in quo est supremum tribunal cuiusmodi quoad potestatem auctoritatem docendi inueniendi quae verum ad religionem pertinent fidei aut morum. Et infra Papa excedit in potestate iurisdictionis, Concilium in auctoritate luminis: Concilium sua auctoritate inuenit quod credendum, et quid faciendum est; Papa suae potestatis illud inuentum praecipit obseruari. ~ Et quia in sequentibus plurimum tribuit (ut Patet est.) auctoritatem Pontifici, ad finem libri notauit in margine his verbis hoc intelligatur excepta illa auctoritate determinandi verum quam supra diximus esse suam habere immediatam a Deo sibi particulariter assistente prout Ecclesia est ~ ~ ~ ~ ~



18 Petrus de Bello in Canonibus canonibus 3^o Capite S. 15^o vers. nec praedictis et vers. Tertium circa principale, ~~probatum~~ agnoscat illud discrimen inter Concilium generale et prouinciale iam supra relatam. idem vers. considerandum / et si exponit Gratianum d. d. c. 1. 111 112.

19 Glossa in c. quoniam 24. q. 1^o sic scripsit aliud est quae questionem desideratam terminare quod nulli praeterquam Romanae sedi, vel Concilio generali permittitur, aliud autem est ipsam sine definitio ventilare, quod Patriarchae et Primates facere possunt. Expende distinctionem / vel Concilio generali / quae inexta prorsus esset si Concilium non posset infallibiliter definire sine decreto Pontifici, tunc enim esset cum Patriarchis et primatibus anumerandum qui ventilare possunt non definire ~ ~ ~ ~ ~

20 Inter articulos Lobanienses quos refert Ioannes Driedo to. 3. infra 125 talis est. non solum quae scripturis expressis sunt prodita, sed etiam quae per traditionem Ecclesia Catholica credenda accepimus, et quae definita sunt super fidei, et morum negotiis per Cathedram Petri, vel per Concilia generalia legitime congregata. Similis distinctio eandem habet: est igitur haec sententia omnium Theologorum Lobaniensium ~ ~ ~ ~ ~

21 Inter articulos Parisienses ibidem relatos 125 sic habet certum est Concilium

generale legitime congregatum universalem Ecclesiam representans in fidei et morum
definitionibus errare non posse. De congregato legitime loquuntur, nil aliud postulamus, nos tam
q^o sententiam, ut certam statuerunt, ~ 110110.

22 Joannes Duedo lib. de Varijs dogmatibus iam ad finem eandem illam differentiam
Conciliorum generalium et provincialium agnoscit imo ex Augustino inducit 110110.

23 Joannes Viguerius Granatensis in suis institutionibus .c. 17. §. 1. vers. 1. dixerat defi-
nitiones Concilii generalis esse immutabiles quia una est (inquit) fides universalis huiusmodi cui
ex Christi promissione spiritus sanctus presert. et vers. 2. essentiam et naturam (ut ille ait)
Concilii generalis subiecta definitione declarans sic illud diffinit. Concilium universale Cato-
lica Ecclesia est congregatio maiorum prelatorum Ecclesie auctoritate Romani Pontificis
specialiter facta, ad aliquid sollemniter et communi intentione tractandum in religione Chris-
tiana Papa in ipso Concilio presidente vel eius delegato. Præclarum sane diffinitio nem attulisset
si decretum Pontificis existimaret omnino necessarium ad infallibilitatem Concilii: si quidem
quod potissimum est, et essentialis in Concilio pretermittitur 110110.

24 Aragon 17^o q. 1^o ar. 10. tit. de Concilijs, cum præmam à me supra adductam
sententiam retulisset absolute protulit, sed opposita sententia est longe probabilior ve-
rum est quod Conclusiones 1^o sequenti limitare videtur, quando omnes prorsus conveniunt;
qui ad sum in Concilio, quarè in eandem sententiam supra expositam videtur in-
cidisse 110110.

25 Cardinalis Hieronymus Albanus Venetæ pugnacissimus defensor Pontificie aucto-
ritatis libro de potestate papa et Concilii ca. 17. n. 12. J. sic scripsit. Et ut utriusque
Uligatur quomodo Conciliorum differant potestates si distinguas necesse est. Aut
enim sine Pontifice colliguntur, quod in casibus tantum, quicquid periculum differri ne-
quecum fieri conceditur (illud attingit) vel à Papa convocatur, qui vel ad certa expedi-
enda negotia suam impertitur auctoritatem et tunc similiter, quid quid extra illam fit
inritum est, vel denique plenam eis exhibet potestatem, et eo casu possunt quæcumque ne-
gotia diffinitæ argumentum legis in re mandata .c. mandat. ubi satis aperte docet quod
in casu quod Papa non limitat facultatem Concilii, illud potest diffinitæ, et eius diffinitio
rata erit, sicut quando excedit facultatem definitio est irrita 110110.

26 Anthonias Vega uir doctissimus præstans lib. 1^o in stud. c. 5. §. neg. obstat (causa ad
fines sua ait. verum cum hæc sancta synodus Legatus habuerit summi Pontificis et ad eam con-
vocati fuerint episcopi ex tota orbe, et per multi fuerint prelati in eas ex diversissimis regio-
nibus et nationibus: nemini, vel minimum, debet esse dubium, quin et universalem
Ecclesiam representaverit et ea gaussa fuerit beneficentissima et infallibili spiritus sancti
presentia, qua et alie synodi generales semper in Ecclesia gaussa sunt. Quæ ut patet
ex eodem capite scripsit necdum antequam confirmaretur Concilium, sed longe ante
quam absolberetur. Et eodem .c. §. ultimo et super hæc omnia (ait) ad auctorita-
tem huius decreti de iustificatione accessit approbatio Pontificis, quamvis enim quia
non dum absolutum est hæc synodus nullis saltem decreti ipsius approbatio summi Ponti-
ficis in publicum prodierit, tamen certò noui suam sanctitatem fecisse ut antea ipsius
editionem decreti, à uixij doctissimis discuterentur et examinaerentur. Roma materis

ad ip. sum.

ad ipsum spectantes, et post ipsius editionem maturo habito cum sacro Cardinalium collegio Consilio, sit
 tenas quibus illud laudat, et approbat ad Romanos Dominos Legatos, qui huic sessioni praesentibus mi
 stiter. Nichil itaq; huic decreto recte in omni Catholicoorum Doctrina opinione, quominus Reveren
 tes Catholici aliquis diffinita in ipso desipiat quam diffinita in alijs sanis et generalibus synodis.
 Perpetua quilibet quam clare fuerit autor vocumque expressio, et quod sit in opinione probabili, an confi
 matio Domini sit necessaria ad infallibilitatem Coniij diffinitionis, et quod sibi ardeat negatiba,
 quam nos sequimur 1111.

27 Thomas Beuzamio Carmelita libro de fide et simbolo. c. cui titulus e quod prelati, et maxime
 sumus Pontifex Ecclesiam representent colligens ex praemissis inter cetera sic deducit. quod non modo sum
 mus Pontifex sed et ipsum consistorium vel concilium legitime congregatum auctoritatem Ecclesie
 praesentat. quod in sequentibus probat tam ex veteri quam ex novo testamento alijsq; moribus qd infalli
 bilitate Ecclesie non solum summo Pontifice definiendo autamfi manente sed etiam in legitimo Con
 cilio agnoscitur 1111.

28 Si maneat in chartis institutionibus tit. 14. no. 5. enumerans modos quibus propositio fit
 heretica / heretico / iniqua / si adversatur decretis Coniij generalis recte congregati in his que ad
 fidem pertinent. 4o si obijcat definitioni sedis Apostolicae tota que duo non differenti sunt infalli
 bilitas Concilium est. ex diffinitione Romani Pontificis. 1111.

29 Guillelmus Ramus in 3o Dialogorum libro idem sensu se refertur per Gersonem et
 Almagram de epononidi. 1111.

30 Tertio Clari sit illorum auctorum qui licet sequantur aliquam sententiam expositis,
 vel illas excusant, vel istam nostram docent esse ab omni ista liberam. et imprimis ad ista verum
 nullum habens damnatae sententiam nostram, vel aliquam illi erroris istam, vel suspitionem
 in ipse, nisi forte fuerit hereticus lib. 3. c. 1. 2. 3. supra citato qd ex omnium Catholicoorum consensu
 suo immunis est, ab omni erroris non modo late, sed vel late odore. et tam ad institutionem dedit.

30 Melchior Cano de Coniij generalibus non confiri manet per Pontificem loquens lib. 1. c. 5.
 c. 1. citato inquit sed ne in fidei quidem ad exploratam auctoritatem habent ut qui
 ea in dubium vocentur hereticus sit. In quibus auctoritatibus nobilissimis quos ante dicitur Caietanus.
 et hereticum non solum citat hereticum crimen sed probabiliter etiam con sentiunt nihil si mi dog
 matum ab eiusmodi synodis proficiat quovq; per xi vicarium approbentur. vides quod si aliqua
 exalari in istis mensuris heresis adducebatur illa erat opposita: vides etiam quod probabiliter
 tantum dicitur hereticum et Caietanum oppositum fuisse opinatum. 1111.

31 Belarmino c. 11. citato 3o modo proposuerat fuisse verbi 3o consentientibus omni
 bus etiam legatis, et qui non habuerunt certam imperationem (iam supra ostendi quod apud illum
 particula omnis solum significat maiorem partem) iamq; inquit de modo res est sub
 opinione 1111.

32 Durandus in libro 3o c. 64. asseruit quod si Concilium et Papa inter se desiderent
 standum potius esse Concilio quam Papa. Attende qualiter infirmum voluit esse unum
 cum sine auctoritate Papa, qui in concilio infirmus fuit Pontificis sententiam,
 hoc est contra illum argumentum ad hominem 1111.

33 Pelbartus de the mesuaris in sacro Rosario tom. 2o c. 10. opinio 3o. idem docuit
 etiam Angelum de Papa 3o. ubi docet Papam sine Concilio diffinientem errare posse. quod
 docuerat glossa 1111. c. si quis praesumat et c. Anaxtas 1111. c. 10. Concilio sed in hoc errar
 runt 1111. c. Goveo impossibile iudicis, et non dimitendum quod Concilium legitime
 congregatum et procedens, Pontifex ut caput loquens atq; decernens in fidei morumq; decretis non



36

conueniant, non secus ac spiritus sanctus, cui vultq, adest, sibi ipse repugnet. // // //
Cardinalis Petrus de Albiaco q^o de resumpta filio. 292. pl. 2^a. probabilem reputat miam
sententiam namcum obsequi sibi ex conferentia Concilium generale non posse infide deficere: id eoz
mireb; fieri non potest ab illo ad Papam appellari: subdit: Potest ad ista probabiliter dici ito. ipse
inclinat in illum errorem quod et Papa perse et cum Concilio generali poterat fide deficere et errare.

37

Alphonsus Salmeron tom 2^o tractatu 84 licet contrariam sequatur sententiam sed tñ
vt verioris et tutioris inquit ille d^o verum hys q^o nostram reputat probabilem et tutam, et
d^o si uersus vices excussat suam sententiam ab heresi eis demeruerib; qua ex sanon^o ^{nuper} retuli
et in d^o neque contraboi est et d^o qua verò in contrarium, et dicto d^o si uersus vices tam emfacteri
deuera Conciliorum esse dictata ab spiritu sancto ante confirmatio nem, et sane exigi ut conger
Concilia esse legitima et legitime processisse // // //

Quis q^o sanu nostram sententiam eandem erroris quam tam copios Theologorum
numerus quos et p^oter illa et hęc prorsus atq; p^o et gratissimis iudicauit vel ueram vel
probabilem reputauit? vel dicamus omnes illos repenti hæreticos euagisse aut nonlebem erroris
suspicionem inuuisse. // // //

Idem vnde argumenta pro Concilio de proximo sine scriptura testimonio Primum
si ex Math. 18. vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi ego in medio illorum sumo
quod saltem per argumentum animoz p^obat Christum assistere Patrib; in vniuersali Concilio
congregatis ad fidem stabiliendam et errores comp^ondos. Ita ex hoc loco argumentatur Celesti
nus Papa in Ep^ota ad Concilium Ephesinum 2^o et Concilium Chalcedonense post actionem 6.
in relatione ad Leonem Papam, et in Concilio Syletano 2^o non procul ab initio. Nam i deo
hys assistit, qui in minimo suo ad aliquid ad salutem spiritualem confertent pertractandam
veniunt proxi exigentia, et causa pondera; quanto p^oteris credendum est assistere eut; sua
in Concilio vniuersali ad res in religione grauissimas statuendas. Ad d^o de Concilio generali
Legitime congregato longe certius est in nomine Domini conuenisse, quam de reliquis congrega
tionib; etiam synodis particularib; qui generale Concilium non induit nisi ad grauissimas
Ecclesie negotia tractandas illa inquam qua ad debitum Deicolum et æternam omnium
salutem imprimis referunt, qualia sunt fidei et morum. // // //

2^o testimonium h^o Joannis 14. Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine
meo illos docet omnia et suggeret vbi omnia, quaecumq; dixerit vobis. et Joa. 16. cum
autem venerit ille spiritus veritatis docet vobis omnem veritatem. Hæc omni Collegio Ap^osto
lorum dicta et promissa sunt non pro illis tantum sed pro eorum etiam superiorib; videlicet
Ep^ota copit. Hinc emm dicit Christus e illo 14. et alium paraclitum dabit vobis (scilicet
et Pater) qui maneat vobiscum in æternum. Idem q^o spiritus sanctus qui docuit quondam
Apostolos docet nunc Episcopos, non s^o quia em singulos seorsum, neque emm vnumquemq;
singillatim instruit de omni veritate q^o saltem docet omnes in vnum collectos nempe in
Concilio alia causa est et irrita illa promissa. // // //

Dicitur fuisse quod illos instruat per Romanum Pontificem Petri successorem. Respon
des sufficeret quidem si Deus ita instituisse, sed hoc contendo longe aliter Deum promississe
et in fuisse: quod tu deduco, 1^o illa promissa specialis est ad Ep^os, et prelatos et fut p^odis
dicam; inmediate ad illos. Nam inquisio quas personas perse et inmediate designet illud
pro nomen (scilicet) e loci? si dicas quod Apostolos et eorum successores q^o illis inmediate promissa
est doctrina spiritus sancti et non tantum inmediate per alium, in nimo poterit illud nomen
agubene significare reliquam plebem quia ad illam, etiam si per prelatos, et pastores perse
nit tandem in fuisse. Et quis negotio in maiori rigore et proprietate explicari et verificari

promissionem

Promissionem illam Anisti si intelligatur immediate facta ipsi prelati ab ipso spiritu sancto perire
 ipsum docendi, et non solum mediate et per alium. Id age: urgeamus amplius. si probabi-
 litas sub, illos docendos esse per Petrum, et eius successores in Romana sede: quare probabiliter
 exiit tenentis conformis collectionem prelatorum, ut pariter, procedentium auctoritate Pontificis et
 sub eius obedientia et instructione, immediate esse ab ipso spiritu sancto docendam. Cuius unquam sanctorum
 illum attulit, vel illi reiecit: quid ergo? sancti licet tamen: ac omnino scripturam interpre-
 tatis confingunt illum tamquam fidei certum statueret: reliquosque omnes ut improbabiliter abijcere:
 nihil minus 11/11/13.

Tertium testimonium fit Athoxy, No. Attendite vobis et universis gregi in quo vos spiritus sanctus
 posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Ad idem est illud eiusdem Apostoli ad Eph. 4. ubi enu-
 merans Ecclesie gradus et munera alios (inquit) pastores et Doctores (videlicet Deus dedit) et
 illud Marci ultimo docere omnes gentes: in quibus et aliis plerisque gregibus agnovimus Episcopos esse ex in-
 stitutione Christi pastores et Doctores Ecclesie illius, ex officio incumbere pascere et regere Ecclesiam
 et precipue et unius pastus est fidei integritas, et morum puritas quod in vobis habent Ecclesiam
 regere et instituere: At inoffense et absque errore plebem regere non est datum singulis ser-
 vum quod saltem conceditur omnibus collectivis qualiter conveniunt in Concilio. Propon-
 dent convenire quidem illis collectivis sumptis, sed per doctrinam et institutionem Romani
 Pontificis non solum. Sed contra quod in doctrina et moribus decernendis illi nunquam pariter
 neque regunt plebem, sed pariter et regit unus Petrus; pariter quia solum habent pascua eligere
 mala ab omni discernere sed solus Petrus, quod illis est quod ad hoc pariter, non reliqui. Pascunt qui
 dem Episcopi sub Petro, et eius successores, pascunt tamen ipsi, pascuaque discernunt: quia sub obe-
 dientia Romani Pontificis collecti hoc prestant; sed non pariter solus Petrus fidei et morum infalli-
 biles regulas solus statuens. Pascendi itaque officium pluris implet pascua fidei et morum
 eligere, et pascere, omnibusque incommuni proponere, cuius illas singulis sibi commissis minis-
 trare, eosdemque in officio continere ne invidiam irumpant: primum quia integram tan-
 que Ecclesiam non convenit singulis Episcopis seorsum, sed omnibus simul: reliqua singulis com-
 petenti, uniusque in plebe sibi credita 11/11/13.



Diis pascendi officium ad eolum ut omnia illa munia comprehendat soli con-
 venit Romano Pontifici non reliquis Episcopis; sed contra: impiis audis Paulum absolute
 dicentem posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei: regere autem idem est. quod Pascere:
 et ipsum Apostolorum Principem | pasce qui in vobis est gregem; quare integrum pascendi offi-
 cium videtur illis commissum. Unde constat soli Petro et eius successoribus esse referen-
 dum in fide moribusque decernere, et quod collectioni Episcoporum legitime in Concilio con-
 venienti id tribui non possit?

Tertio vobis argumenta suppetent Conciliorum decreta. Nam in Concilio Constans-
 tiensi 11. 4. constitutum. Et primo quod ipsa synodus in spiritu sancto congregata legi-
 time, generale Concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem representans potes-
 tatem ab ipso immediate habet quilibet cuiuscumque status, et dignitatis, etiam si Papalis
 existat, obedire tenetur in his que pertinent ad fidem, et conservationem dicti subismatis,
 et reformationem generalem Ecclesie Dei in capite et membris. Ponderanda sunt illa
 verba Protestationis ab ipso immediate habet in his que pertinent ad fidem etc. et sic.
 4. 5. et ultima eiusdem Concilii, sanctissimus Pater Martinus 5. dixit, quod omnia, et singula,

decretas, et decreta in materia fidei per present Concilium, conciliariter, tenere, et inuidabi-
liter obserbare uidebat, et nunquam contraire quouomodo: ipsasq; sui conciliariter factas
approbat, et ratificat, et non aliter neq; alio modo. Autem opposita sententia grauius permi-
tus per testimonio quare unusquisque uim illis subterfugere conatus est. Caietanus to. 2.
opusculorum, tit. 1. c. 2. dixit uerba illa formaliter esse intelligenda, id est quando aliquid de-
cernitur ut credendum, sed in dictis se est nihil decretum est ut credendum. Haec tamen
solutio ex ipso diffinitionis contextu reijcitur, uel simili euagatione quacumq; alia diffinitio cuius
uis Concilii poterit infringi. Valensia locoutato § ad 7. ad probationem Respondit Martinus
apud eum quia decreta sunt conciliariter, illis autem sessionis decreta non sunt (inquit) con-
ciliariter edita, quia nulli fuerunt ad res fidei tractandas deputati. sed haec solutio subtile
est: constat enim longe Conciliaris esse decretum, quod omnium communis calculo firmatum est
quale fuit illis sessionis: quod autem addit illud fuisse editum tumultuarie, dixit sane sed
neque ex leui quidem coniectura probare potuit. Atq; 3. Respondit in illa §. nondum fuisse
generale Concilium, quia tantum aderat obedientia Joannis 23. postea accesserunt obedi-
entia Gregorii 17. et Benedicti 18. Quid ergo si illi contumaciae in schismate per dura-
rent, numq; esset generale Concilium: neq; illi in durato schismate poterit conueniens remedium
adhiberi? Sufficit igitur quod omnes essent legitime et conuenienterq; uocati, ut Concilium gene-
rale diceretur, etiam si aliqui uenerunt accedere // 112

At si quis ex hoc sequi Concilium generale esse independent a Papa, imo et
superius illo, si quidem ut ipse Papa in decretis fidei et morum tenetur Concilio obedire.
Respondet negando consequentiam nam Concilium necessario et omnino dependet a Papa qd.
quidem non habet assistentiam spiritus sancti nisi sit legitime conuocatum et sub obedientia
et instructione Romani Pontificis procedat, in quibus omnibus a Papa necessario dependet, de
hoc Concilio generali sit legitime congregato conuocatoq; et procedenti intelligendum decre-
tum uelatum Concilii Constantiensis illud namq; habet potestatem immediate a Deo rabsque
sunt fidei et morum quia habet assistentiam spiritus sancti sibi promissam. Et idcirco illis de-
cretis in praedictis materijs tenentur omnes assentes etiam Papa: non quia Papa sit infe-
rior, aut Concilium in Papam exerceat potest, aut habeat iuris dictionem aliquam; sed
quia eo ipso quod sibi constat Concilium fuisse legitimum et legitime processisse cognoscit di-
stinguere ex assistentia spiritus sancti, atq; adeo definita ab illo esse infallibilis et diuina ue-
ritatis // 113

In Concilio Florentino in decreto Agonij pro unione Armenorum in 1. punctu
dicitur. Atq; non solum dictas tres Synodos, sed et omnes alij uniuersales auctoritate
Romani Pontificis legitime celebratas, sicut et ceteri fideles, reuerenter suscipiant. Cele-
bratas dixit non confirmatas. Iamq; ut suam teneantur sententiam negabunt legit-
ime fuisse celebratas illas Synodos uniuersales quibus defuit confirmatio, etiam si aucto-
ritate Romani Pontificis presentibus eius legatis, et ad unguem instructione seruata
peractae sint. Restat igitur numquam legitime celebrari, quia per subsequentem confir-
mationem non celebrantur aut peraguntur, sed celebrata et peracta confirmantur qd. decre-
tum illud numquam potest verificari in illorum sententia. Quare miror quomodo
audeant pro se illud afferre: sed uerba addunt atq; confirmant ut aliquid concludere possint.
Verum est quod illa citant ex unione Iacobinorum qualis profecto in illo Concilio non

reperitur

reperitur, sed Graecorum et Armenorum, tantum et in basylianensi de Concilio, actum est per
verba relecta 1111.

3^o commune est synodis generalibus dicere hac sancta synodus in spiritu legitime con-
gregata ut videtur est invidenimo per omnes sessiones. Quae verba quid aliud significant
quam quod Synodus legitime congregata habeat assistentiam spiritus sancti? Dicit illi ver-
bi solum inui quod per motionem spiritus sancti Papa Concilium indicit, et ad illius iussio-
nem Patres conveniunt. sed contra id haec expositio e' contra communem Catholicorum inte-
llatum, ubi singulorum conscientiam in se tempore. 2^o licet verum sit quod quod ex in-
flu spiritus sancti Papa convocaverit Concilium et Patres conveniunt longe tamen certius
claris habet in scripturas fundamentum quod synodus legitime congregata habeat assis-
tentiam spiritus sancti, quam quod ex in-
illam indicere vel vanitate motus, vel alia sinistra intentione et fluxet ex Episcopis ex
simili pravo fine convenire, et nihilominus si legitime et sub obedientia Pontificis procede-
rent haberent assistentiam spiritus sancti in rebus fidei et morum decernendis, quia haec
pendet ex vanitate personarum, vel actionum, sed ex legitimo processu iuxta Papa in-
nemo q' illa Concilii verba in presentia sunt accipienda, non in illis in quibus a Pontificis
deventur.

4^o Ex eodem Concilio s' ultima illis verbis sancta synodus de potissimum curavit
ut praecipue haereticorum nostri temporis errores damnaret et anathematizaret, veramq.
et Catholicam doctrinam traderet, et doceret, prout damnavit, anathematiavit et diffini-
similia verba anathematizationis, et diffinitionis frequentia sunt in alijs sessionibus imo
in omnibus Concilijs a Nizeno per reliqua decernendis. quid q' anathematizant, aut diffi-
nunt quid, qui nec anathematizare aut diffinire possunt, sed illi Papa si veras est appo-
sita sententia? nam quid pro alio est diffinire quam veritatem Catholicam a Deo re-
latam et ab omnibus usendam statueret et proponeret sed hoc illi Papa est reprobatum in oppo-
sita sententia falso q' Concilia se iactant anathematizare et diffinire 1111.

Et hic ponetur quod in Concilio Nizeno ut habetur in codice Vaticano ex ecclesia
Dalmatij Archiepiscopi Cyrenensium quondam collecto. c. civitibus est quo ab universa synodo ex
communicatus in p'is Arrius et qui cum illis erant. Patres illis Concilio longe ante confirmatio-
ne Sylvestri Papa anathemati dantur Arius et omnes cum illis sentientes et ab ecclesia expulsi sunt.
sed nisi prima et infallibilis haberetur illa diffinitio ante decernit vel confirmationem Syl-
vestri in ecclesia damnarentur et ab ecclesia pellerentur ut haereticus Arrius et alij et si sequi
conferat illud non solum a Concilio statim fuisse damnatos ante confirmationem Sylvestri,
sed a Constantino in exilium relegatos tamquam Deo adversantes sic enim ibi dicitur 1111.

5^o in Concilio Chalcedonensi actus 1^o anathematizatio Carisij relecta sunt quaedam
alta synodi Ephesina prima in haec verba. secundum sanctionem piissimorum et amicorum,
Christi Imperatorum Theodosij et Valentiniiani congregata in Ephesia metropoli ex omni
(sicut dicitur) mundo sancta haec synodus religiosissimos omnium Ecclesiarum Episcopos,
et confidens et diffinientem obtinere affirmatum esse fidem, quae exposita est per sanctum
spiritum a sanctis Patribus praetempore in Nicea civitate congregatis numero recentis
Ierem et Otto 1111 vide quam aperte dicit spiritum sanctum pertinetos decem et octo Patres.

Loquutum fuisse q^o sentit illorum decretum ante confirmationem Siluestri esse ab spiritibus sanctis.
Et meo uideri urgentissime argumentor ex Concilio Niensi et ex Tridentino. ex Nise
no quidem quia in subscriptionibus sic dicitur. Quis Episcopus civitatis Cordubensis Provin
tia Hispania dixit in credo siue superius scriptum est. Victor et Vincentis presbyteri urbis
Romae pro venerabili viro Papa et Episcopo nostro sancto Sylvestro subscripsimus ita credentes
sicut supra scriptum est. Deinde subscribunt reliqui: utiq; ita credentes nam ex illo graeco codi
ce Vaticano .c. cui titulus est de omnium consensu circa consubstantiales, postquam recitata de
creuisse omnes Patres Orthodoxos ut diffiniretur consubstantiales, subdit. Quam si dem omnes.
Nixer congregati sancti Episcopi confirmaverunt et verba sacrorum et confidentium multitudinem et
ipse laudatissimum et Deo dilectissimum Rex, et tota fidelium, quae illic convenerat multitudo gaude
tes. Same fidei confessionem susceperunt. Credentes sani sicut ipsi qui confirmaverunt et diffinie
runt in suis subscriptionibus se credere professi sunt. Et c^o vlt^o illis codicis dicitur quod Rex
iudicatus a synodo et eversionem cum Deo pugnantium, et Orthodoxae fidei expositionem siue
divinitus oblatam libenter suscepit cum maxima Reverentia. Eius vis et reliqui legati
qui vice Sylvestri illi synodo praesidebant ante eiusdem Sylvestri confirmationem profitemes
sunt se credere decreta illius Concilii: imo reliqua fidelium quae aderat multitudo eandem
fidem suscepit et Constantinus Imperator ut a deo oblatam reverenter amplexus est q^o omnes
illi manifeste sententiam decreta illa esse dictata ab spiritibus sanctis una divina veritatis
etiam antequam a Papa confirmarentur. 111111

Ex Tridentino vero: nam in acclamationibus quae habentur ad finem Concilii post de
cretum de postulando confirmatione sed longe antequam obtineretur Cardinalis a Lobsa
xinguia proponebat, Respondebat. Synodus in hunc modum. Cardinalis. Sacrosancta Aeu
menica Tridentina synodus cuius fidei confitemur eius decreta semper serbamus. Respon
dent. Semper confiteamur, semper serbamus, Cardinalis. Omnes ita credimus, omnes id
ipsum sentimus, omnes consentientes et amplectentes subscribimus. Haec est fides B. Petri
et Apostolorum, Haec est fides Patrum, Haec est fides Orthodoxorum. Respondebat. ita credi
mus, ita sentimus, ita subscribimus. Attende praesens: non dum erat synodus confirmata
a Papa, et iam clamant illius decreta esse fidem Divini Petri, esse fidem Patrum et Ortho
doxorum; nondum erant confirmata et iam illa credunt, credunt q^o quae nondum erant
defide. Nane stultam illius sacri Concilii fidem, si vera est opposita sententia. Liber hic
illos sanctissimos Patres impellere. Quid creditis Patres venerandi Ecclesiae Catholicae lu
minas? quid creditis hac intrepida et constanti fide? illas ne quae nondum sunt a Pontifice
confirmata? utiq; credimus. Quid q^o? illas de quorum fide dubitatis vel dubitare potestis?
Abis. non attenditis nondum esse confirmata? notissimum est? quid refert quomodo creda
mus divinae fidei quae cumq; in fide moribus q^o deiecerimus? sumus q^o defide circa Pontificis con
firmationem? sunt utiq; alia non credemus illa sicut credimus et toto corde et ore pro
fitemur. Abano q^o auctores oppositi, et vel se falsum opinatos esse fateantur vel graui
ssimos et Orthodoxos Patres de stultitia et falso adhibita fide auersent et damnent. 111111

4^{us} locus sit ex Concilio Pontificumq; decretis simul. Nam cum sapig statue
runt Concilia generalia praeter auctoritatem Romani Pontificis celebrari non possunt
ut pro contraria sententia arguentes vidimus mixtum est profecto quod numquam addiderunt
illas auctores.

et illa auctoritate celebrata sui confirmatione et decreto inualida esse, cumque esse viximus
expugnandum. quod enim ex Damasco in contrarium obiectum est, dum expendatur inferius
planum fieri prout pugnat. Similiter et illud sepius in concilio Pontificibus in maiorem causam
esse ad sedem Apostolicam deferendum. // // //

5^o probatur testimonio Sanctorum Augustini episcopi 162. scriptis. Recipiamus
illos Episcopos qui Rome iudicant non boni iudices esse, restabat adhuc plenarium uniuersae
Eclesiae Concilium, obiectum cuiuslibet iudicij causa posset agitari. Et tamen inter illos Episcopos
qui Rome iudicabant erat Melchisedes Papa, ut idem Augustinus praemisisset. Vide quantum
tribuat uniuersali Concilio, ut illius sententia super egeat. Post sententiam Pape in Con-
cilio Romano. Et libro de rebaptismo contra Donatistas c. 4. exiurans Cyprianum in illo suo
errore de rebaptizandis haereticis sic loquitur. Cui (nempe auctoritati uniuersae Eclesiae)
et ipse sine dubio cederet, si iam illo tempore quaestio huius veritas eliquata et declarata per
plenarium Concilium adhaerens. Et tamen tempore Cypriani praesertim decretum Step-
hani Pape de non rebaptizandis haereticis ut indiffinatum est. Haec ad idem quod ipse Augustinus
lib. 1. de rebaptismo c. 18. scripsit in haec verba. In qua tamen (nempe Eclesia) si aliud alij
et aliud alij adhuc de ista quaestione (de rebaptizatione inquam haereticorum) saluare
sentirent donec uniuersali Concilio unum aliquid eliquatum syncretumque placuisset. Summa
infirmi tatis errorem cooperiret unita charitatis uis. Ex quibus planum relinquitur quantum
Augustinus, et tunc ipse de Cypriano tribuerit uniuersali Concilio, si quidem illum, qui desi-
nente Stephano Pontifice non cessat cessurum tamen affirmat uniuersali Concilio; et quibus
resistens Stephano Pape exauerit Cyprianus, indicat tamen quantum in Concilio uniuersali
infallibilitatem agnouerit ad huc seclusa Pontificis confirmatione, si quidem illa
non potest esse magis infallibilis quam ipsius Pape Stephani decretum cui tamen si resistit
Cyprianus, Concilio tamen definitioni sine dubio annueret. Et idem Aug. lib. 2. citat.

23. et ipsa Concilia (inquit) quae per singulas regiones, vel prouincias fiunt, plenaria
Conciliorum auctoritati, quae fiunt ex uniuersa orbe Christiano sine ambagibus cedere debent. // // //
ubi inquiram an loquatur Augustinus de tribus prouincialibus et plenariis confirmatis vel
non? 1^o diu non potest, quia prouincialia confirmata aequae sunt infallibilia cum plena-
riis: si 2^o habes intentum quod plenarium non confirmatum in sententia Aug.
sit infallibile. Dicit de prouincialibus non confirmatis, et de plenariis confirmatis est inte-
lligendus. Et rursus inquit: unde haec constat mens Augustini? Dicunt quia plenarium
non est nisi confirmatum. sed haec solutio paulo post infringetur et urgebo Aug. legitimo
num. // // //

Sed Magnus est illi qui est ad subenalem Patres Concilio Niceni diu fuisse
diuinitus inspiratus sentit. illi in concilio diffini entibus agiti se spiritum sanctum ac
perinde eorum decreta esse infallibilia absque ulla alia confirmatione Pontificis. // // //

Idcirco lib. 6. Ethymologiarum c. 6. de canonibus Conciliorum postquam quatuor
illa Concilia sicut quatuor euangelia suscipienda docuerat, et singula enumerauerat,
subiungit. Sed et si qua sunt Concilia, quae sancti Patres spiritu Dei plene sanxerunt, post-
estrum quatuor auctoritatem, omni manent stabilia uigore, expendatur obsecro
uicium illud quae sancti Patres spiritu Dei plene sanxerunt 2^o sancti Patres spiritu



De plenè sancione in Concilijs. Quando igitur replentur spiritu sancto? quando sanciant,
et sententiam dicunt, vel quando postea superuenit confirmatio? sed hæc sepius accidit iam
in illius Concilio, igitur tunc præsertim esset utiq; illapsus spiritus sancti: et quis dubitet?
Quorum enim replerentur spiritu sancto, qui iam nihil peruolant, nec dum diffinire?
Prestat ergo quod in sententia Isidori Patres replentur. si quando in ipso con-
uentu Concilij sanciant aliquid et determinant. Cuius ergo? quod spiritu sancto dictante
protulerunt in firma auctoritate esse dicimus, donec eipse spiritus sanctus per os Pontificis
Romani eandem iterum proferat, statuaturq; sententiam? Cuius audeat tam a sanè loqui?
concludamus ergo vel omnino præcipue et in præcipuo dixisse Isidorum sanctos Patres spiritu Dei
plenos sancire in Concilijs, vel illum aperte sentire Concilij diffinitio nem, ut potè ab spiri-
tu sancto dictatam esse infallibilem ante Pontificis confirmationes. 11111111

Auge aliud Isidori testimonium eundem in præfatione ad suam Canonum collectio-
nem, qui refertur a Laurentio Surio to. 1. Concilio iam adimitum: sic scripsit Isidorus.
Synodorum vero congregandarum auctoritas apostolicæ sedis priuata commissa est potestate,
nec ullam synodum ratam esse legimus, quæ eius non fuerit auctoritate congregata, vel
fulta. Hæc canonica testatur auctoritas, Hæc Hystoria, Ecclesiastica roborat, Hæc
et confirmant. Verba sunt Isidori; in quibus non patitur disiunctionem illam offritantem
audiri: vel congregata dixit, vel fulta, alterum ergo sufficit, ut ratam sint, ergo sine eo quod
confirmatione fulciantur dum modo Apostolica auctoritate congregata sint atq; procedant.
ratæ sunt Concilia inquit Isidorus. Et uide quam curam id statuit, quippe Canonum aucto-
ritate Ecclesiastica Hystoria Patrum testimonio roboratum. 11111111

Auctor ille qui synodum Nibenam prope tempora Basilicæ imperatorij colle-
git ex codice Dalmatij Cyziciorum Episcopi habetur in Vaticano, et refertur a Surio
to. 1. Concilio, in eadem synodo Nibena, in præfatione sic dixit. Proferente enim
me, quæ nullas sanctas Orthodoxorum Dei sacerdotum coronas in spiritu sancto a Domino
per eos fuerant explicatas. Nota illud sacerdotum coronas in spiritu sancto, et illud admi-
no per eos aperte in me enim attendunt auctorem illam sentire Deum per illos Patres
loquutum fuisse. Et in eodem codice. C. cuius titulus est de omnium consensu circa con-
substantialitatem si inuipit. Hic hinc modo a sancto spiritu per sanctos Patres nostros in sa-
cra illa synodo collectis explicatis. Et nondum aduenerat confirmatio Syluestri in more
postulata fuerat, et tamen clare testatur spiritum sanctum per illos Patres loquutum
fuisse ergo sentire illorum decreta ante confirmationem fuisse diuinae ueritatis. 11111111

6^o iam rationis neruos contendamus. Statuamus imprimis quod apud omnes Cha-
rtilicis constantissimum est et diuinas fide certum Ecclesiam uniuersalem in fide et moribus
errare non posse ~ supponamus secundo Concilium generale legitimum et plenum fuisse et de
pugilegijs, et eandem habere infallibilitatem ex eadem assistentia spiritus sancti, qui illi suggerit
omnem ueritatem, et presentis Christiani uel usque ad consumationem seculi. Quod ne uideat
gratis assumere præter decretum illud Concilij Constantiensis iam citatum, mani feste probè ex de-
creto Martini quinti in interrogationibus postulandis ab his qui ab hæresi reuertebantur, vel
de illa suspensis, sic enim habet. Item utrum credat, teneat, et afferat quod quodlibet Concilium ge-
nerale et etiam Constantiensis uniuersalem Ecclesiam representet. Ex quibus principijs sic deducit.

Concilium generale legitimum et plenum, in fide et moribus errare non potest, sed quod est auctoritate Pontificis ex universo orbe Christiano convocatum, et sub praesidentia Legatorum, et impetu auctoritate Pontificis procedit, est legitimum et plenum ante confirmationem, quod est infallibile in fide et moribus decernendis. Ita difficultas est immixta, quae de Concilio sub illis conditionibus duo asserit, et quod sit legitimum, et quod sit plenum. De primo nullum est dubium, nihil enim aliud requirunt, ut sit legitimum, quam quia enumeravimus nam plenam diligentiam, et diuisionem, quam plures ex Theologis postulant pariter supponimus a Concilio adhiberi, et observari, iamque probatur quod sit plenum ante confirmationem Pontificis, ex ipsa phrasi, et modo loquendi Concilioz, quae se in illo statu appellat Concilio Aemmerico et generalia; et ne longius testimonia petamus, vi de re hoc est invidendum per omnes sessiones: ac si tunc non esset plenum, et vere generale Concilium falso sibi hoc nomen assumeret: restat ergo quod ex sententia Concilij tunc sit vere plenum et generale. 110 110 110

Dicit fortasse aliquis: est quidem generale, quia ex omnibus Christiani orbis partibus convocatum, et hoc duntaxat Concilia, sed non dum est plenum, quia adhuc desunt decreta Pontificis. Sed contra: in antiquis Patribus plenarium et generale idem prorsus sonant ut patet ex testimonijs Augustini supra relatis. Sed quid aliud significat Aemmericum, vel generale quam quod omnes quorum interest negotium ibi tractandum, vel adsum per se, vel per suos Legatos vel sufficienter vocati sunt atque adeo consentur adesse, sed hoc est esse plenum, aut plenarium ergo generale et plenum idem sunt ergo quando Concilium v.g. videtur nunc statuit se esse Aemmericum vel generale statuit profecto se esse plenum, atque adeo quod universam Ecclesiam representat, et perinde quod in fide et moribus decernendis regitur ab ipso in Christo. Et quidem in dubitatum est Canonum et aliorum auctoritas. Et sententia supra relata in hoc nobiscum sentire nam in eorum sententia, quando cumque omnes prorsus, qui adsum in Concilio in decetero conveniunt. tunc integra Ecclesia censetur convenire, et tamen non adest decretum vel confirmatio summi Pontificis ergo huius defectus non auferit plenitudinem integritatemque generalis Concilij: iamque in hac parte pronuntiantur Lang et omnes eius asserentes. quare iam haec conclusio neque velata haec ex Augustini testimonia potest enervare. 110 110 110



2o ostendo quod circa decretum summi Pontificis Concilium generale sit plenum et integer totius Ecclesiae consensus, et simul probatur principaliter conclusio assumpta. et prius probato an consensus omnium praetorum Ecclesiae, in aliquam veritatem tamquam in dogma fidei faceret rem deside, vel ut magis proprie loquar, ostenderet rem illam esse de fide et revelatam a Deo. non dubium: et non loquitur de illis in Concilio coactis, sed de omnibus quidem, singulis tamen seorsum, etiam si Papa deservit illas vel nihil curaret, vel nihil proficeret: vel pone si minus, sed em tunc vacare: profecto ex illo unanimi consensu res esset de fide, alias tota Ecclesia errasset, quia errantibus omnibus praetis et Pastoribus, totam simul plebem errare necesse est, quae illos tenent sequi et audire ergo multo potius si Pontifex ipse non iam decernens et definiens pro sua apostolica auctoritate sed ut particularis quidam praetis consentiret, in eandem veritatem tamquam in dogma fidei. Sed quando simili consensus Pontificis auctoritate Concilij vel maioris partis auctoritate consensu omnium praetorum Ecclesiae vel idem prorsus est ac si omnium consensu auctoritate ergo sufficit rem facere de fide sine consensu decreto vel confirmatione minus probatur, qui a consensu Patrum, qui adsum in Concilio, vel maioris partis eo ipso quod sum legitime convocati, et procedentes est consensus totius corporis Ecclesiae, et aliunde ponitur consensus.

illis qui est caput totius Ecclesie, quamvis nondiffiniens ut caput 9^o consensus ille est consensus
totius et integrae Ecclesie 9^o fuit rem defide. Verbis et claris dicam. Pone Pontificem per
seipsum ad esse Concilium et in q^o proposito sententiam dicere non diffiniendo auctoritate Apo-
stolica sed ut alium quemvis Patrem Concilii, et quidem post sufficientem vel discussionem; sit
autem eius sententia talem aliquam veritatem esse dogma fidei ab omnibus credendum: Pone
alteris quod huic sententiae omnes Patres subscribant, vel maior pars, quia improprio secundum
veritatem communemq^{ue} opinionem sententia maioris partis sententia totius Concilii iudicatur: in
quod talis non unanimis Papa Patrumq^{ue} consensus ostendet plane et sufficienter illam esse veri-
tatem Catholicam, et a Deo reuelatam? proculdubio Belarmino et siqui sunt alij auctores sententia
sententia supradictae contendunt acriter rem illam iam esse defide sine aliquo alio decreto vel
diffinitione Pontificis; et mihi id certum apparuit: si enim consensus Patrum Ecclesiae aliquando
sine Papa aliquando cum ipso non tamen diffiniens, sufficit rem facere defide (ut vidimus) et in casu
positivo est talis consensus ut patet ex dictis 9^o ex illo relinquatur veritas illa defide certa. Ex quo
sic ulterius. Quotiescumq^{ue} Papa in institutione Concilii nihil irritandas q^{ue} decessit, sed decre-
tum et diffinitionem liberam relinquere Concilio, toties suum sensum et peculiare iudicium ut est
quidam particularis D^o committit Concilio, et suam sententiam refert in sententiam Patrum
in Concilio convenientium, atq^{ue} adeo quidquid illi iudicant esse defide, et ipse Patres iudicat 9^o
in tali casu iam adest consensus totius Ecclesiae atq^{ue} consequens ex illo res est defide. Hoc ar-
gumentum in sententia Belarmini efficaciter convincit: nam ex illo quando cumq^{ue} Pontifex
protulit suam sententiam, licet nondiffiniens, quod idem est ac dicere, quod proferat ut singulas
cuius quidem prelati vel Doctores; si quidem hoc modo proferat sententiam suam et nullam in Con-
cilio, editum est defide: quod in particulari suum iudicium committit Concilio decretum
a Concilio editum erit defide. Quod vero sententiam suam ut particularis Doctor possit
referre in sententiam Concilii, nemini dubium est: namquamvis auctoritatem diffiniendi
ex assistentia spiritus sancti neque in legatos neque in Concilium transferre possit quod ego
cum probatissimis Theologis verissimum iudico: (quare si aliunde Concilium assistentiam
spiritus sancti non haberet, ex Commissione, vel voluntate Pontificis illam non haberet) itaq^{ue}
quod auctoritatem diffiniendi in Concilium transferre non possit sed suam sententiam, ut sin-
gularis D^o est, potest optime in Concilium transferre, vel illi committere subiciens se illi iudi-
cis, et sentiens quid quid omnes, vel maior pars senserit; et hoc fecisse visus est, quod tunc nihil
ipse iudicans liberam diffinitionem relinquere Concilio legitime procedenti: reliquum 9^o est quod
tunc Concilii decretum faveat rem defide, quia est consensus totius et integrae Ecclesiae. //

Respondere potest: neque in casu primo esse consensum totius Ecclesiae, quia licet sit con-
sensus Pontificis, ut singularis prelati et Doctoris non tamen ut capitis ex Apostolica fidei
auctoritate diffiniens deficit 9^o consensus capitis ut caput est, ac perinde non est consensus
totius Ecclesiae. sed contra 9^o consensus prelatorum omnium ~~est~~ Ecclesiae circa diffinitionem
Pontificis auctoritate Apostolica et ex assistentia spiritus sancti non sufficit facere rem defide:
consequens est contra omnes Theologos, qui enumerantes fidei regulas consensum omni-
um pastorum assignant ut regulam distinctam a diffinitione Pontificis, sequitur 9^o consen-
sum illum sine diffinitione Pontificis, ut caput est, sufficere ut veritas aliqua sit defide: //

sed contra obijciat 9^o iam duae regulae fidei a nobis confunduntur consensus videlicet
et omnium prelatorum et diffinitio Concilii. Respondet negando consequentiam super-
sunt enim distinctissima; quod vel ex hoc licet inspicere, quia extra Concilium consensus ille

non est.

Ille non est sufficiens regula fidei, nisi sit consensus prioris omnium; nam si quidam affir-
 munt etiam plures, et alij tamen orthodoxi negent, nondum res illa constans est in fide. Ita
 mensurando ad usum in Concilio, consensus vel eorum, qui ad sunt, vel maioris partis, est infir-
 mis regula fidei, quia cum illi legitime congregati et procedentes totam Ecclesiam reprae-
 sentent, consensus illorum, totius Ecclesiae consensus vere est et certior. 1111111111

Et hinc ulterius facile est intelligere quare dicatur Concilium generale totam
 Ecclesiam representare. Cum enim de subditis aliquas novas et implicatas questione diffi-
 ciles esset omnes sigillatim prelatos et Pastores Ecclesiae, in eandem veritatem tamquam in dy-
 onas concurrens, Deus qui dilectae suae sponsae non solum sufficienter sed abundantissime providit,
 instituit ut dum Pastores Ecclesiae concurrerent, si non omnes, multi saltem, reliquis concursa-
 rib, tota simul Ecclesia censeretur adesse, et in illis quicum Ecclesia sua manet usque in con-
 firmationem saeculi, et effudit in illam spiritum veritatis, qui omnem illi suggerat verita-
 tem, ut illam in fide et moribus errare non sinat: ille promissit suam assistentiam in illo
 concilio Patrum, ut in fide et moribus devotissimis errare non sinat: et hinc in illis
 cogitavit in concilio Patrum totam Ecclesiam representari. Quam Dei institutionem ex facto
 et verbis Apostoli desumimus auctoritate: nam cum Apostolus et seniores adessent, qui convocari
 cogi quod dixerunt concilium ille appellavit omnis Ecclesia: tunc laicis Apostolus et senioribus
 cum omni Ecclesia: nonerat sane omnis Ecclesia, quia omnes fideles, vel saltem omnes presby-
 teros adessent, sed quia illi, qui aderant tota Ecclesia representabatur; et tamen ille idem
 concilium protulit in sum spiritui sancto, et nobis quod concilium Patrum corpus quod sufficien-
 ter representat universalem Ecclesiam habet assistentiam spiritus sancti, ac perinde infalli-
 bilitatem in iudicando. 1111111111

Dicitur tunc ad erat Petrus, qui erat caput Ecclesiae et ex sententia et decreto illius, Concilij
 sententia fuit infallibilis, qualis Petrus absente, vel sine eius decreto non esset. Sed contra:
 aderat tunc Petrus, qui erat caput Ecclesiae factus, et quod ibi suum caput munus exercuerit,
 nempe reliquos convocans, questionem ad se delatam discutendam dirimendamque propo-
 nens, et primum inter omnes sententiam dicens: unde constat quod dum illam protulisset
 Apostolica auctoritate ut caput definiit et non quod dicit Paulus et Iacobus, et alij qui aderant
 sententiam dixit, quam, ex scripturis susceptis quod rebellionibus, et ipsi quae contigisse vide-
 rat, intelligebat; sicut sane vultum est in illo capite ex quo id efficaciter colligimus,
 in oppositis oppositum inveni videtur, ex subiecto verbo Iacobi. Ego iudico quod. Cuius enim
 iudicium quod ex diffinitione Petri a deo statutum certo cognoverat: improprie quod dixeret Ego
 iudico, quod iam erat iudicatum, et determinationem, sed ego suscipio et amplector, quod Petrus
 iudicavit et definiit sua auctoritate ut caput nostrum: addo quod non solum dixit iudico
 sed probationem et fundamentum sententiae suae ex scriptura proposuit: igitur dum dixit
 iudico non leviore iudicavit, nondum esse terminatum questionis iudicium. Verum ego
 fuit de Petri in sententia ^{dicend} divinis afflatum spiritu, sed fuit pariter afflatus Iacobus, et alij
 qui eandem veritatem diffinierunt; sed id comendo iudicium non fuisse terminatum et
 remota esset de fide ex sola Petri sententia, sed ex sententia totius Concilij, ex qua postea
 scripturae visum est spiritui sancto et nobis: ubi iterum Ponderis non dicitur visum esse
 spiritui sancto et Petro, sed spiritui sancto et nobis: ex communi quod calculo cognoverunt
 sibi iudicantibus afflatus spiritum sanctum, non ex sola Petri sententia, neque illi soli
 iudicanti afflatus. 1111111111



Ex quibus tertio colligitur ratio a priori statuta propositionis: illa est de promissio et institutio. Pro
 missio Deum salutis suae institutionem de omni veritate. Isa. 12. et 16. instituit ut eadem lege
 sua sufficienter representaretur in conventu generali: tunc placuit Apostolis et senioribus cum
 omni cunctis auctoritate 15. et ipsi conventui Ecclesiam legitime representant. ipsi Apostoli divini
 et inspirati intellexerunt Spiritum sanctum assistere dum protulerunt. visum est spiritui 17.
 et nobis in eodem capite: haec fide certa constant, quod verum Petrus diffinitio ut caput sententiam
 diffinit non congruat quin potius oppositum non ut quodcumque indicatur, et ut supra de altum est
 restat quod assentientia spiritus sancti in Concilio quod universalem Ecclesiam representat non de
 pendeat ex decreto vel confirmatione Romani Pontificis Petri imperatoris successoris. Dicitur
 in decreto illo Concilio visum est spiritui sancto et nobis decrevit Petrus ut Papa et ut caput cunctas,
 et inde habuit infallibilitatem. Sed contra illud decretum non est Petri sed totius Concilii ut patet
 ex illis verbis visum est spiritui sancto et nobis. Praeterea 17. quid si Petrus abiret ex Concilio
 antequam formaretur decretum? nonne posset Concilium dicere, et verum visum est spiritui
 sancto et nobis? non dubium: quod infallibilitas illi decrevit non pendebat ex decreto Simulacris
 Petri ut capitis. 3. expendo verbum illud visum est, ponitur enim de praeterito quod antequam
 decretum formaretur visum erat spiritui 17. et Patribus Concilii quod iam illi Concilio decer
 nenti affuerat spiritus sanctus quod iam erat infallibilis veritatis illi definitio quod infallibilis
 illi non pendebat ex decreto Petri tamquam capitis quod dedit simul cum aliis presentibus
 in Concilio 11. 11. 11.

4. Episcopi habent iure divino suffragium decisivum in causis fidei et morum in loco
 alio generali quod sententia ab illis lapsa imperat dicitur causis est ab omnibus tenenda ex Dei voluntate
 et institutione quae talis contulit decidendi ius. Consequenter tenet, nam aliter frustra Deo
 illi contulisset ius decidendi huiusmodi de iurisdictione nollet observari: et contra eo ipso quod
 illi tribuit ius decidendi voluit eorum decretum ab omnibus observari tunc quod: sed si Episcopi
 decernant aliquid esse credendum, vel faciendum, et reversa tale non esset, totaliter
 necessario errare quod veritas errare non potest necesse est quod Deus qui Episcopi contulit
 ius decidendi illi assistat ut errare non possint, atque adeo eorum diffinitio infallibilis est. tota
 difficultas est in 1. antecedenti assumpto; sed illud est communis auctoritatis sententia: ita
 Victoria, Dominicus, Soto, Corduba, Aragonensis locis supradictis, Stanislaus Hosius in confess.
 Catholica 24. quod dicit veremur: affirmat in hoc convenire haereticos et Catholicos
 quod Episcopi iure divino competit veritas fidei iudicare, Belarminus lib. 1. de Concilio et
 Ecclesia c. 15. et 16. Surrerumato lib. 1. citato c. 12. rae. 3. et c. 14. indicant quomodo non
 ita clare affirmant Antonius Posevius contra 6. theoremas Millieris Galli Nuae Domini
 Banes ubi supra, et Petrus de Billio in illo 15. citato in annotatione marginis adueniens. secum
 cum circa provinciale, ubi multa auctoritates congerit, et plura Belarminus lib. 1. citato c. 15.
 et nobis in praesentia duo sufficiant argumenta ad id probandum. Alterum ab Augustino:
 nam 17. in illo Concilio Apostolorum dicitur dixit ego iudico quod verbum satis
 indicat illum habuisse ius decidendi et decernendi et hinc etiam 17. et 16. decreta illi
 Concilio dicuntur decreta, vel dogmata Apostolorum et seniorum. Alterum in oratione:
 quia cum Deus instituerit in sua Ecclesia Concilia et conventus fieri, ad causas morum et
 fidei, decernendas nullas que Episcopi cogi; vel dicitur illis habere suffragium decisivum,
 vel consultivum: non 17. alia potius institueret quod vocarentur peritissimi ex Theologis
 cum saepe contingat Episcopi parum in his rebus esse versatos quod tribuit illis suffragium de
 decisivum.

de iis quibus decessit illis assistere spiritum sanctum in diffiniendo ne errarent etiam illi etiam
Sulcia 10 11 12

Respondent adhuc nonnulli quod huc habeant ius decisivum, non tamen assentiam spiritus
sancti quia ultimam questionem decisionem reliquit Petro et eius successoribus et ita potest
omnis Pontifex locum decretis vel consuetudinibus, vel retractare. sed certe hoc est in re gravissima di-
nare: si enim semel admittant iure Divino Episcopos habere suffragium decisivum qualiter
cum hoc stat, quod possit retractari? vel qualis est decisio, qua nullam habet firmitatem, nisi
a Pontifice Romano mutuetur? certe hoc nihil aliud est quam decisivum suffragium confun-
dere cum Consilio. Et quidem in illud ius decidendi esset dependens a iure humano Pontificis,
non mirum quod ita conferret facultatem decidendi, quod decessit firmitatem sibi reservaret;
ut res cum illis quos eligit sibi consiliarios: tamen cum illud Episcoporum factum aut ab eo
esse profectum, minus bene viderent quod illud suffragium sit decisivum, et eius firmitas
dependeat a decreto Pontificis, quare Valensia ubi supra. Id quod si propterea non moratur
concedere suffragium Episcoporum esse consilium, quod alii refugium auctoritas. Deni-
que ad hominem: isti fatentur suffragium Episcoporum esse decisivum in re Divina, quod
sit dependens a decreto Pontificis, nullo probant efficaci argumento: cum autem hoc totum sit
ex institutione et voluntate Christi nihil leviter asserendum est, et sine sufficienti fun-
damento 10 11 12

Si primivati probatur Statuta Concilii, quia illa maxime pertinet ad digni-
tatem Pontificis: nam in re profecto illam commendat quod Deus hac re generalia concilia
instituerit, ita dependentia quoad infallibilitatem suam sub obedientia Romani Pontificis
quod si nullis voluntate cogi non possunt, et quod in qua vis parte ab eius instructione desse-
dant, iam non sunt legitima, neque habeant assistentiam spiritus sancti, maius enim
est, quod illis qui instructionem Papae non exasperant, promissit Deus suam assisten-
tiam in iudicando, atque adeo dependentes ab illo, et quasi indignitatem, et honorem eius, quam
illi ipsi Papae illam promissit: hoc asserit nostra Con. 10 11 12



Tam vero peculiariter contra Cami et sequacium sententiam aliquid adiciam.
illis quidem assentia in eo quod si omnes Patres concilii conveniant, eorum definitio sit
infallibilis, ut supradictum est; in eo tamen deipiuntur, quod existimant sententi-
am maioris partis non habere eandem infallibilitatem. Quod priusque probem, premitto,
nusquam hactenus contingere, neque vero moraliter loquendo contingere potest, quod
pars diffiniens in Concilio uno tantum aut altero suffragio excedat, sed in stabili nume-
ro, quod et ex gestis Conciliorum generalium facile est deprehendere, et quod hactenus
contigit credendum est in posterum processurum, et ex eo etiam quia cum veritas que
diffinitur non crebetur tenore, sed vel per traditionem, vel per debitam intelligentiam
scripturarum vel per necessariam ex illis, vel precedentibus definitionibus consecutionem
deducatur; fieri non potest, quod talis veritas communiter ab Ecclesia Patribus, et praesertim
Theologis, qui Concilio intersunt non cognoscatur. Quando ergo pauci aliqui desi-
ciunt certissimum esse videtur, illam esse sententiam Concilii a per consequens ha-
bere eandem infallibilitatem, ac si omnes proterus convenissent. Unde de definitione
Niceni Concilii nihil est dubitatum, quia pauci quidam septem videlicet non subscripserunt.

vel octodecim si illos requiramus qui fide subscripserunt, sed eadem pro sua cer-
titudine accepta est ac si nemine discrepante fuisset prodata, et in alijs Concilijs pariter
contingit // 11 // 11 // 11

Adde quia aliaj negatio aliorum qui ad Concilium non accesserunt tri bueret in falli-
bilitatem: nam in 2o Concilio generali Constanti nopolitano 1o sub Damasco Celebrato,
tantummodo centum et quinquaginta Patres interfuerunt: in Concilio vero Chalce-
donensi sexcenti et triginta si in hoc 300 conuenissent in quibus sententia illorum esset
ne aequalis ponderis et infallibilitatis cum sententia illorum 150? certe si nume-
rum attendas est induplo maior; et forte si Constantinopoli tum plures alij conuenissent,
aliqui repugnarent sententia eorum qui adfuerunt pro excois dum quod alij non accesserunt;
illorum sententia, qui decreuerunt, credita est infallibilis. Dicent non deesse, si quis
omnes proxime conuenissent ille fuit consensus totius Ecclesie; sed in hoc: quare sententia
Concilij etiam si non unanimis non iudicatur consensus totius Ecclesie? certe maiorej
partis iudicium totius Concilij iudicium censei constantissimum est, sic Turresemata c. 6.
Belarmino lib. 2. c. 11. citat et communiter omnes: sumiturque aperte ex Concilio Late-
ranensi sub Innocentio, referitur. i. in euntis, de his que sunt a maiori parte Capituli;
et in Concilio. 9. Tolitano sic habetur. Cum quilibet synodus agitur, aut Paupie inter
Pontifices quidpiam desinitur, si pauciores per contentionem, aut nec scientiam forte dissen-
tiant, aut commoti fluctuum sententia cedant, aut ab eorum cetero cum dedore et
confusione abscedant, aut ex communicationis annua luant poenam. Cum ergo habeas
maioris sententiam maioris partis esse sententiam Concilij, et aliunde Concilium inde
cernendo habere assistentiam spiritus sancti nescio quos sufficienti fundamento possit hanc
assistentiam restringi ad unanimem consensum omnium qui adsunt. // 11 // 11 // 11

Denique post haec verum non leue defumo argumentum ex Concilio Tridentino
nam Andreas Vega qui illi interfuit lib. 1o in idem Concilium c. 5. d. etiam Deus
refero quod licet in decreto de iustificatione omnes conuenissent, non tamen in alijs, et
nichilominus idem Concilium. Et vltimas in acclamationibus omnia decreta aequale
dit fide diuina pro consequens est de mente Concilij, nihil obesse infallibilitati decretorum,
quod aliqui disenserunt. Ex quibus restat quod in Concilio vniuersali, maioris partis
sententia, etiam si in gannus vno m. suffragio excedere habere potest, et debet ut in-
fallibilis et dictata ab spiritu sancto. // 11 // 11 // 11

Contra 3am sententiam ex Belarmino relatam idcirco arguet, quod senten-
tia Papae, quandocumque non diffinitur et caput Ecclesie, non habet infallibilitatem,
sicut neque certam et indubitatam assistentiam spiritus sancti pro ex ista sententia
Pontificis non diffinitis non potest preitari Concilio infallibilitatem et certitudinem fidei;
sed illam habet aliquando Concilium sine diffinitione Pontificis ex sententia istius aut
cetero pro aliunde habet quam ex diffinitione Pontificis; nempe ex assistentia spiritus
sancti: et ita est: sed tunc ergo quare in isto casu affirmat Concilio promissum esse
assistentiam spiritus sancti, videlicet quando cum sententia Concilij simul conuenit
sententia Pontificis licet non diffinitas, et non inuoluitur? proque nullum istius positio-
is firmum fundamentum adduci potest: quod ex dictis planum, ut credo, relinquitur; per
seruans

praesertim cum iam ostenderit quod quatuordecim Pontifex in institutione liberam reliquit
 Concilio definitionem visus est suam sententiam particularem et non definitivam con-
 mittere Concilio atque adeo quod semper quod Concilio legitime procedit concurrens sententia
 Papae non definitiva, et Patrum qui ad sunt Concilio, ac perinde ille est consensus totius
 Saeculae 1111111111

Attamen quid quid sit de veritate huius nostrae positionis, quam, ut conieci non
 segre ostendi: eruitendum est planum facere, illam esse ab omni nota et suspitione
 liberam, quod Deo dante efficacibus medijs demonstrabo. 1^o faciunt omnia, quae pro eius
 veritate adducta sunt. 2^o ipsa opinionum varietas. 3^o quod nemo illam hactenus nota
 vit nisi forte haereticam e. illo 3^o quia tamen nec sibi constat, ut iam vidimus; i
 nec in tali censura socium habuit vel sequacem. Adde: nemo hactenus neque ex anti-
 quis neque ex recentioribus oppositam sententiam statuit neque ut defideretam, neque in
 aliquo gradu certitudinis, nisi ut plurimum probabilis opinionis quovunque constat
 statutam conclusionem nostram nulla nota posse iuste censeri; utraque pars antea
 demum ex dictis est manifesta. 1111111111

Ultimo apriori id potest demonstrari per singulas notas discurrendo. Neque enim
 est haeretica, neque erronea, neque sapientis haeresim, neque scandalosa, neque temeraria, neque
 piarum auctorum offensiva, neque occasio nemini tribuens errori, neque singularis, genitilis
 prorsus nota potest illi aptari. Iniuriam sane irrogare videtur Theologo nomini, si ante
 cedens probem sigillatim per suas partes, siquidem sententiam istam tam firmis inie-
 ram fundamentis omnium oculis subici: nihilominus tamen breviter singulos gradus
 percurramus attingens potius quam persequens. quod non sit haeretica patet quia oppositum
 non est defide, quod est luce claris; neque erronea quia oppositum ex fide non consequitur
 nisi ratio, quod evidens est, et adhuc patebit amplius ex solutione argumentorum: neque
 sapientis haeresim, quomodo cumque huiusmodi accipiatur, quia neque odorem efflat erroris,
 neque ex una defide et altera moraliter certa colligitur per necessariam consequen-
 tiam, quod nemo inficiatur ibi: neque scandalosa, quod enim scandalum pariet, quod est
 in Theologo acceptissimum, quod et contrariis iudicatur probabile, et scripturas, Conci-
 liis, et Patribus firmiter roboratur, ut constat ex dictis; et inde etiam patet non esse teme-
 rariam: neque vero est piarum auctorum offensiva, nam quem hactenus ex Theologis
 offendit? aut quem offendat quod Dei pietatem providentiam, Romani Pontificis, et huius
 sic dignitatem mirè comendat? praesertim cum id tot tantisque felicitatis fundamentis
 et documentis: ex eisdem principis planum est, neque hanc sententiam occasionem
 tribuere errori: neque singularem esse, quae tot tantorumque communicaculo comprobatur.

Superesse iam dixerat argumenta in oppositum, et ut nichil intactum relinquam
 ad Aymarum Respondeo illum esse longe alterius sententiae: mens illius patebit ex
 dicendis in solutione ad testimonium Damasci adductum in i^o argumento 1111111111

Ad sanctum Thomam. R. mentem eius quod omnes fideles non tenentur credere
 decreta in Concilio nisi per auctoritatem Pontificis ad id obligentur. Quod si me
 illico. Quia indubitata assistentia spiritus sancti in Concilio generalibus docet fidei
 et mirum de cetero dependet tamquam a conditione omnino necessaria ex eo quod



Concilium sit conuocatus auctoritate Summi Pontificis et sub eius obedientia, et instructione, procedat: quod autem haec omnia observata sint, ut patet, non possunt omnes fideles certificari sufficienter, nisi vel per confirmationem Summi Pontificis diplomata ad id expedito in publica forma, vel per manifestum indubitatumque consensum eiusdem Pontificis; siquidem et in legatis, et in reliquis patribus Concilii posuit in hac conditione observanda esse defectus; ad hoc ergo est necessaria auctoritas Summi Pontificis, non ut decreta nisi sint infallibilia, et dictata ab spiritu sancto, qui a talia sunt ex eo quod conditio illa necessaria sit in re exhibita, sed ut omnes convenienter certificentur illam implere tam fuisse, atque adeo quod Concilium decreuit esse ex assistentia spiritus sancti. Et idem Angelus Doctor nondixit, ut editio symboli vel diffinitio sit de fide, sed ut ab omnibus in conuocata fide tenentur, id est, omnes prorsus obligentur ad credendum et hoc est quod supra tui in Michaelis Palatio, dum eius sententiam pertractarem. Ex quibus optime addidit S^r Thomas illam exclusivam, id est, ad solam auctoritatem Summi Pontificis pertinere t^o quia per solam approbationem, et confirmationem illis certificentur fideles de legitima conuocatione et processu Concilii atque adeo quod decreuerit per assistentiam spiritus sancti, et hanc esse mentem Dⁱui Thomae constat t^o quia eius ratio hinc tantum probatur, videlicet, quod alia non possunt sufficienter vitari schismata, et divisiones in fide, nisi quid quid determinetur pertinens ad fidem vel mores si per auctoritatem Romani Pontificis, nempe saltem conuocantis, instructantisque Concilium.

2^o quia potissimi ex Thomistis ut Victoria, Lang, uterque Scotus et alii sic etiam exponunt, quando quidem admittunt decretum Concilii generalis esse infallibile ante confirmationem Romani Pontificis, vel absolute, vel saltem in casu quod omnes Patres Concilii conueniant, in quo tenentur eodem modo exponere Dⁱuus Thomas. 1^o 2^o.

Ad 3^m testimonium illius t^o affirmo quod paulo ante permittere in haec verba. Quod ergo 1^o obicitur quod Romanae sedis auctoritas, non potest aliquid condere, vel mutare contra Statuta Sanctorum Patrum, dicendum quod verum est in illis, quae Statuta Sanctorum Patrum determinauerunt esse de iure diuino, sicut articuli fidei, qui determinati sunt per Concilia. Haec aperte docet non posse mutare Papam Statuta sanctorum Patrum in rebus fidei at si Statutorum infallibilitas dependet a confirmatione Romani Pontificis, utique posset mutare; imo et illa irritare, ut dicunt auctores oppositae sententiae. Dⁱces intelligit S^r Tho. postquam Statuta sunt confirmata per Pontificem: sed contra sic sensus nequit colligi ex uerbis Dⁱui Thomae imo si illum admittamus improprie appellare illa Statuta Patrum, sed Statuta Summi Pontificis, siquidem ab illis habuerunt rigorem. Propterea in uerbis obiectis in argumento apertissime exposuit Dⁱus Thomas suam sententiam, et quaestionis veritatem: nam inquit sancti Patres in Conciliis nihil statuere possunt nisi interueniente auctoritate Summi Pontificis, non dicit subsequente, confirmante, vel approbante, sed interueniente; at uerba usitata morem celebrandi Concilia indifferenter. Dⁱ Tho. tunc interuenit quando non exceditur ab instructione, praesupposita iam legitima conuocatione; et hoc est propriissime interuenire, quia in ipsis Statutis et determinationibus imbolditur, et implicatur auctoritas Summi Pontificis quandoquidem eius observatur

instructio, et ex ista observatione dependet assensio spiritus sancti, tanquam ex conditione necess.
 ex quibus manifestum superest Divum Thomam nihil contra nostram Douige sententiam,
 sed potius pro nobis pugnare // // //.

Sic Ad argumenta: Ad 1^o ex decretis Julij R^o; si expendatur vis illius verbi fultus,
 evacuato est difficultas: nam fultus dissipans idem significat, ac sidicatus, Apud sustento
 verissimum igitur est, non esse rata concilia nisi fultas auctoritate Romani Pontificis, quia
 eius convocatio et observatio instructioni necessario immituntur, quia haec ut diximus, est prae
 sub necessaria conditio ad assistentiam spiritus sancti, non ergo postulat Julij confirmatio nemue
 rata sint decreta Concilij, sed praeter convocacionem legitimam observatam instructio
 Item factis est sensus Damasci, et adhuc clarior, nam ibi sermo est de quodam Concilio Aphi
 cano in quo nonnulli Episcopi inconsulto Romano Pontifice damnati sunt, de quibus Concilij di
 cit, rata non fuisse, nisi fultas sint Romani Pontificis auctoritate, id est, nisi speciale ad id ma
 datum habuerint, nempe ad diffinitive dandi mandam causam Episcopi, et illum sua fultas
 probandum. Imo ex hoc testimonio res est clarior, nam damnatio Episcopi non exigit necessa
 rio decretum personale Pontificis, sed potest per speciale rescriptum eius causa ab aliis tracta
 ri, et diffinitive terminari, ergo quod dicitur fultas idem est, ac si diceret, speciali mandato,
 et commissione immissa; ergo similiter quando dicit Julij non esse ratum nisi Papae aucto
 ritate fultum, id est, nisi immitatur speciali mandato et instructioni ad procedendum in causa
 facti vel morum, et illam ultimo terminandam // // //.

Quod si quis insidioso modo testimonio ex illo supra relato illud verbum, fultas, in
 sume sensum intelligat in quomodo exposuimus Julium et Damascum, nihil enervatur
 auctoritas Iudici; nam si quidem veritat quod quando dicit congregata vel fultas illos duo
 quasi synonymas usurpavit, et ideo diffinitive protulit quia non intelligitur per se et abso
 lute congregatio Concilij, fultas a Papa nisi in illo praesent legati eiusdem Pontificis, cum de
 bita instructione cui immitatur, et quae fultatur concilium; atque adeo nihil aliud requirit
 Iudicis ut Concilij decreta sint infallibilia // // //.

Ad papae significati de electione: 1^o idem potest sensus aptari tibi est sermo de iure
 positivo nam fultabatur Archiepiscopus Panormitanus, quod a se ut patrum recipere iura
 mentum exigebatur, de obedientia semper praestanda Romanae sedi, cum tale iuramentum
 nullo Concilio eorum canone praeciperetur: cui Patribus Papa Respondit, quod Concilia
 per auctoritatem Romani Pontificis facta sunt et robur acceperunt: intelligendum est circa
 subiectam materiam scilicet leges positivas sanandas quia illas idem condere potest Con
 missione et voluntate Pontificis, et iam quod stabilitas sint semper subsunt voluntati eiusdem
 Pontificis, qui potest illas abrogare sicut et agetas, ut optime docuit Dico Thomas
 in opusculo citato c. illo 4^o. // // //.

Decademus sermo erat apud Gelasium homo de anathematis imulso; cum enim
 obijcerent, quiescent ex parte Aetatis, vel nihil ratum esse in Concilio Chalcedonensi,
 vel omnia ibi constituta pariter rata haberi debere, ad initium toni illis explicuitur
 num illius decreti de preferendo Antistite Constantinopolitano alij Patriarchis (de quo
 erat difficultas) scilicet editum fuisse sine commissione Romani Pontificis et contradi
 centibus eius legatis, ideo neque ab illo approbatum etiam petente Martiano Augusto.



et inde postea non longe a medio subiecit, totumque ut dicitur in eisdem apostolicis est prestatum, itaque quod firmavit in synodo sedes Apostolica, hoc robore obtinuit, quod refutavit habere non potuit; constat itaque ex subiecta materia ibi controversiam esse de iure positivo de prelatione videlicet Antiquitatis Constantinopolitani, quae neque ad fidem neque ad mores attinet universaliter Ecclesiae; quare etiam si illud decretum factum fuisset cum Commissione Pontificis posset illud irritare, nec tribus obtineret quanto magis cum ipsa Commissione Pontificis, et contra Canones Concilii Nibeni. et veteris illaue verba, quod firmavit in synodo robore obtinuit, ostendendum, absolute non possunt intelligi in eum sensum, ut nulla diffinitio illius Synodi firma esset et infallibilis, nisi per subsequentem confirmationem Leonis; nam praecesserat decretum Leonis de unitate Catholica ibi pulsata contra Lutheri haerem quod ex illo diffinitio Concilii erat de fide sine subsequenti confirmatione in omni sententia 11. 11. 11.

Im Epistolarum ad Episcopos Dardaniae continetur et idem Pontifex Gregorius, ad damnandos, qui in aliquo errore per Concilia damnatum inderant, non esse necessarium nobis Concilium: quod cum statueret, subiecit, uniuscuiusque Synodi constitutum, quod uniuersali Ecclesiae probauit assensus, nullam magis exequi sedem praeterit oportere quam primam, quae et unamquamque Synodum, et sua auctoritate confirmat et continuata moderatione cupit. Quod uniuersali (inquit) Ecclesiae probauit assensus, non postulat confirmationem ad firmitatem decreti, quo haereticus demeretur a Concilio generali, siquidem et ab ipsa sede dicitur obseruari debere: quandoque adiecit quod prima sedes unamquamque Synodum sua auctoritate reconfirmat; intelligit conuocando et restituendo nisi sit in paucissimis verbis contrarium 12. 11. 11.

At cum in Synodo Romana sub Symone, et referatur in cap. benedictum 96. d. Eulalius Episcopus Syracusanus dixit quod Romanus praesul consuevit statutis Synodalibus tribuere firmitatem: attendat legens id quod haec non fuit sententia Concilii, sed ratio, quae ille Episcopus vult esse, ad probandum Constitutionem Basilicam praefati praetoris, in eadem Synodo relatam irritam esse et nullam, quae cauebatur, nequis Papa in posterum bona in motu sua Ecclesiae alienaret: quod si attentaret alienatio irrita foret, ut probaret Eulalius, relatam Constitutionem Basilicam irritam esse, hoc argumento vis est, si Concilia provincialia sine metropolitani auctoritate celebrata irrita sunt ex decreto Patrum, quanto magis irrita erit Constitutio à laico edita contra Papam in ipsa urbe Romana et Papa non consentiente, qui statutis Synodalibus consuevit tribuere firmitatem, etiam si aliqui Episcopi cum praedicto Basilio, ad illam preferendam Constitutionem conuenerint. Unde patet ex his verbis Eulalii colligitur decretum Concilii generalis in fidei moribus sine definitione Papae non esse infallibile. 13. 11. 11.

Ex quibus facile Symonis relato a Turresuennata; non mireris (inquit) quod ipsius Conciliorum auctoritatem Romanam Pontificis aiebamus, nam nulla Concilia rata leguntur, quae apostolica auctoritate facta non fuerint, ut beatus Damascus Papa in decretis suis. Et alia adiungit testimonia ex Iulio, Concilioque Nibeno, et Athanasio, quae inter arguendum obiecta sunt: et tantam de conuocatione, et institutione, non uero de confirmatione procedunt. 14. 11. 11.

Ad 17. Reo. quod idem qui dixit Petrus pace veritas, per eundem Petrum dixit reliquis Episcopis: cum qui in uerbis est gregem pascere: et per Paulum, in quos Populi Episcopos regere Ecclesiam Dei: et utrumque est de fide certum et optime conueniunt. Nam Petrus est summus Pastor, qui percipit pascere potest uniuersam Ecclesiam, illam

Docendo

Docendo in fide et moribus, ex assistentia, quam habet spiritus sancti reliqui vero subsumunt Petrus et illius successoribus, per quos legitime vocati et sub eorum obedientia et instructione procedentes in Concilio, possunt pascere et pascunt eamdem ecclesiam, quod credendum, et quod faciendum sit praescribentes, ex promissa sibi etiam assistentia spiritus sancti. Et in hoc maxime agnoscutur supremam potestatem Romani Pontificis, quod ipse potest credenda et facienda distingere sine dependentia a Concilio: Concilium vero non potest sine dependentia a Pontifice: quia assistentia spiritus sancti non est promissa nisi vero Concilio qualescumque per auctoritatem Romani Pontificis convocatum, et sub eius obedientia et instructione procedens.

Ad 2^m quod ex duplici analogia petitum est sigillatim Res. Ad 1^{am} quodammodo quia corporis humani ad mysticum, non est in omnibus eadem proportione intelligenda, alius Papa, qui est caput Ecclesiae esset pars eius, inferior interpretare, et iuris dictionem, iuxta illud vulgatum principium, totum est magis suae partem; et tamen falsum est in proposito, quia potestates et iuris dictio Papae superior est toti Ecclesiae. Pariter ergo non est sic accipienda comparatio, quod sicut multitudo sensuum minorum tantum intellectui, sicut inest capiti in naturalibus, et inde dicimus in solo capite esse dictionem et iudicium: sic etiam accipiamus quod cognitio et iudicium infallibile in spiritualibus dumtaxat sit in Romano Pontifice: est quidem in illo et etiam in maioribus praesentibus in Concilio congregatis, sed in illis potestates, quia a biliter et independentes: in reliquis vero omnibus dependentes ab eius obedientia, dictione, et instructione ut repeditum est.

2^a Similitudo ex seculari Republica pronobis faceret si posset in proposito parificari cum Monarchia Ecclesiae: quia non dubium, quin regnum in publicis committitur posset leges condere, per illas dirigere et obsecrare, si ad hoc haberet plenam commissionem regis; et ratio est, quia, Rex potestatem quam habet, et ab ipsa multitudine accepit potestatem in committenda, vel aliquas alias personas transferre vel ad unum, vel ad plures alios: at in Monarchia Ecclesiae Papa non accipit potestatem et iuris dictionem quam habet a multitudine, sed immediate a Christo: neque vero assistentiam spiritus sancti sibi promissam potestatem in alium, vel alios transferre, quod mihi videtur certum. Tamen id emendabit, qui suam et divini spiritus assistentiam promissam Papae, ut dirigens Ecclesiam in fide et moribus errare non poterit; eandem assistentiam promissam Concilio legitime congregato et iuxta Papae instructionem procedenti in eisdem causis fidei et morum: quam promissionem ex omnibus, quae pro nostra Conclusionis adducta sunt, iure desumimus.

Ad 4^m distinguenda est maior illa assumptio, illius solius est infallibiliter iudicare, cuius est suprema potestas, si intelligatur de suprema potestate iuris dictionis absoluta scilicet, et independente maior est falsa: nam infallibilitas iudicij solum pendet ex assistentia spiritus sancti, et haec non est promissa soli Papae, cui data est illa suprema potestas iuris dictionis sed etiam Concilio legitime convocato, et procedenti, ut probatum est: si intelligatur de suprema potestate iudicando id est, de illa quae dirigetur ab spiritu sancto ex certa promissione eius, indeque infallibiliter iudicat vera esse maior, sed falsa minor.

Ad primam probationem maioris concedo quod illa definitio omnes obligat etiam summam Pontificem quod solum esse potest a suprema potestate, si intelligatur suprema in infallibilitate ita sane est quia est ab spiritu sancto per ministerium Concilij loquente et distinguente: et in proposito nulla alia potestas requiritur, quam infallibiliter



iudicandi, et hoc est in Concilio sicut in Pontifice: quippe eadem certa directio spiritus sancti. Si intelligatur suprema potestas in absoluta et independenti iuris dictione falso et male alligari, quia ista independens iuris dictione non est per se causa obligationis ad credendum, sed sola infallibilitas divinae veritatis: quod patet, quia scriptura canonica non habet iuris dictionem, haec enim soli personis collata est, et tamen ex eo quod est canonica est dictata ab spiritu sancto, omnes obligat ad credendum etiam ipsum Papam, et tamen non licet inferre; quod habet scriptura supremam potestatem iuris dictionis; bene tamen: obligat omnes ad credendum quod habet infallibilem et divinam veritatem. Praelege utramque rem exemplis. In antiqua lege suprema etiam potestas decernendi et iudicandi in rebus fidei et morum erat in sacerdotibus, iuxta illud Deuteronomii 17^o siue esset in solo supremo sacerdote, siue etiam in Concilio reliquorum (de quomodo non cure) et tamen si aliquis signis miraculorum, vel alij modis habebatur fidelis propheta Domini, puta Isaia, vel Hieremias, sumus sacerdos et reliquum Levitarum gens astringebantur credere revelationi illius prophetae: quod erat suprema potestas in propheta: neganda est pro sub consequentia; sed erat infallibilitas indicendo quia afflatus divino spiritu loquebatur. In exemplum sit in lege gratiae, si aliquis liber impiarum haberi ut canonice ex decreto Pontificis, suo decreto non tribuit libro infallibilitatem, quin potius eo quod liber erat divinae veritatis, illum canonice annoveravit; et ex tunc astringitur credere contenta in tali libro, quod in libro est suprema potestas: neganda est pro sub consequentia; sed est infallibilis et divina veritas, quae est per se causa obligandi ad assensum fidei. Video hoc esse discrimen: quod cum Papa vel Concilio ad diffinendas quaestiones fidei, et morum non subiciant nobis rebellionem, sed ea quae prius erant rebelata, et implicite credita explicite proponant, ut explicite credantur, est mutuaque vis quadam, et potestas diffinendi, et discernendi rebelata a non rebelatis promissa sibi directio ne spiritus sancti, quae in Pontifice sub potestate iuris dictionis solet comprehendi, haec quoque potestas discernendi vera a falsis in Pontifice legitime Concilio generali, aequalis est quoad infallibilitatem, sed non quoad independentiam, quia in Pontifice est absoluta et independens a Concilio ut iam dixi; in Concilio vero essentia est dependens ab auctoritate Pontificis convocantis, et in statuente, tamquam a conditione omnino necessaria 11. 1. 3. 1. 3.

Ex quibus ad formam Argumenti distinguebamus maiorem infallibiliter iudicare est solius supremae potestatis, quoad infallibilitatem verum est, et illa est etiam in Concilio; non tamen solius supremae quoad independentiam, quae in solo Pontifice reperitur. Et inde ad maiorem concedo, verum esse supremam potestatem esse in solo Romano Pontifice, illamque esse, quae absolute dicitur suprema, non solum ex infallibilitate, sed ex sua absolute ditione et independentia. Quare non sunt in Ecclesia duae supremae potestates independentes, et non subordinatae, ut inferebatur: sed illa potestas quae est in Concilio determinandi controversias fidei et morum, licet sit suprema quoad infallibilitatem, est tamen inferior et dependens a convocacione et institutione Pontificis, atque adeo illi subordinata 11. 1. 3. 1. 3.

Itaque ut uno verbo totam colligam solutio nemo: Concilij potestas ad diffinendum est aequa

est aequalis simili potestati Papae, quoad infallibilitatem: est tamen illi subordinata, quia ab illius obedientia et instructione, tamquam a necessaria conditione dependet. // // //

Ad 5^m tota difficultas est in maiori in qua duo dicuntur: 1^m est omnes maiores causas ad sedem Apostolicam esse referendas, quod verissimum est et indubitatum. 2^m ideo ad illam referri ut ab illa diffiniantur et terminentur, quod pariter verum esse, si recte intelligatur. Non est necessarium quod personali decreto Pontificis terminetur, et per sententiam ad ipsos prelatos, ut patet in causis Episcoporum, quae per speciale mandatum Pontificis finem accipiunt, vel accipere possunt ut modo suppono ex Concilio Sardianensi cano. 7. in 1^a translatione, et ex cano. 21. ex his quos ex Concilio Nibens refert Julius Papi. 110. decret. quae est receptum ad Orientales. sed sufficit si cause fidei per auctoritatem Pontificis terminentur congregantis insistentisq; Concilium, tunc enim et merito per auctoritatem Pontificis dicuntur cause finiri, et terminari: non quia eius confirmatio, vel personale decretum sit necessarium, ut Concilio propter infallibilitatem, sed quia ab eius instructione et obedientia dependet infallibilitas Concilii tamquam a necessaria conditione, quia non aliter est illi promissa assistentia spiritus sancti, ut saepe dictum est. Et si in eo demum suo consequens accipiatur (et accipi debet, ut a maiori inferatur) tota deductio firmata est et concedenda. Testimonia v^o Pontificum indulta solum probant maiorem in sensu a nobis exposito, ut illis per scriptis liqui duntaxat: in testimonio v^o Innocentii ultimo obiecto id est specialiter obsequandum, ibi sermonem Pontificis esse ad Concilium Milevitanum quod fuit Nationale; concilia autem Nationalia etiam auctoritate Papae coacta, et sub eius instructione procedentia, non habent infallibilitatem in decretis, sine confirmatione Pontificis, quia illi non est promissa assistentia spiritus sancti, sed solum aumenicis, et generalibus. // // //

Ad 6^m Respondet, quod aequi impliat adversarios, et quidem semel et iterum. Nam in quibus quorsum post decretum Pontificis quod fuit rem deside, iubet convocari Concilium eandem veritatem diffiniri, ut contingit in Concilio Chalcedonensi, quod semel et iterum praecesserat diffinitio Leonis Magni contra Euzobium; et in 6^{ta} synodo quam praecessit diffinitio Agathinis in vtriusq; suggestione eius ad Imperatorem, et ad Concilium? si autem tunc non agitur Concilium ad praestandam infallibilitatem definitioni Pontificis, quae per se erat infallibilis et dictata ab spiritu sancto, sed ob alios effectus, nempe facilioris obedientiae, et receptionis, ex communi assensu Episcoporum: ita in proposito, non exigitur confirmatio Pontificis ad obtinendam infallibilitatem, quia iam merat decretis legitimi Concilii generalis sed ob alium effectum statim declarandum. ~ 2^o et vrgentis iuribus, quare etiam si instructio Pontificis ad Concilium fuerit ipsius Pontificis diffinitio, ex assistentia spiritus sancti, rursus postulatur a Papa confirmatio Concilii ut videtur esse in eadem synodo Chalcedonensi quae per Leonem 1^m confirmata fuit, et in 6^{ta} synodo quae confirmata fuit per Leonem 2^m? tunc certe confirmatio non ideo postulata est a Concilio, vel data a Pontifice, ut diffinitio Concilii esset infallibilis veritatis, quippe in aeternam (adhuc in contraria sententia) ex decreto Papae, quod praecesserat, sed ideo postulatur, ut omnibus constaret Concilium fuisse legitimum, et iuxta instructionem Pontificis processisse, atq; ad eo habuisse assistentiam spiritus sancti, quae ex illius conditionibus necessariis dependebat, supposita Dei instructione et promissione qualis modo est. Ad eundem effectum postulatur confirmatio quando decretum Papae non praecessit, quia quando



28
fideles non ueniantur sufficienter de impletione illis necessaria conditionis, non obstantibus
ad prestandum fidei assensum decretis Conciliorum: et regulariter loquendo per confirmationem
Pontificis convenientissime certificantur, quod Concilium fuerit eius auctoritate convocatum, et
sub eius instructione processit, de quibus alia minus sufficienter certificarentur: cum et Episcopi
possint a superioribus instructione deficiere legatis ipsius repugnantibus, ut contigit in Concilio Chal-
cedonensi, quoad praelationem Patriarchae Constantinopolitani ad reliquos unde decretum illud
iratum fuit postea per Leonem Magnum; et ipsi etiam legati posuerunt contra instructionem
agere et agentibus consentire, ut contigit Rodolfo et Zachario legatis Nudai Papae, ut ex-
fert idem Nicolaus Epistola ad Patriarcham et Metropolitas, et ad Michaelem Imperatorem, addit
quod cum talis imobedientia et crimen, si quando committitur, ab ipsis delinquentibus negaretur;
quin ipsi astuerent se legitime processisse, ut suis decretis assensum populorum obtinerent.
Ut ergo processus Concilii legitimus habeatur et ab omni suspitione liberus efficacissimum est quod Pontifi-
cis testimonium, et approbatio, vel confirmatio decretorum Concilii, ex qua uel sola in illis esset
infallibilis ueritas. Cetero de illo citato et condubio ubi supra, alijque auctores, varias alias assignant
causas, ex quibus confirmatio postulatur, quas breuitati consulens omittito, apud illos uideri
possunt. 110 110 110

Ad ultimum ex unoquoque Concilio illo Ephesino et sub Leone Magno, et Basiliensi sub Eu-
genio 4. Respondet illa non fuisse legitima Concilia, sed conciliabula, et diaboli conuentus illa,
quod de unoquoque sigillatim ostendo. Et de illo Ephesino, qui a Leone indictum fuit,
et legati eius adfuerunt, tamen contra eius instructionem ideoque repugnantibus legatis eiusdem
Leonis processit: quod tamen si notissimum sit, omnium oculis de nouo subiiciam. Nam imprimis
idem Leo Epistola 10. qua est ad Flavianum aperte definit et euidenter demonstrat, in Christo
seipso domino unam utramque naturam diuinam et humanam ueram et inconsumam perma-
nisse post incarnationem: Similiter Epistola 11. qua est ad Iulianum, quem legatum suum
simul cum alijs illi synodo praesidere iussit, ut constat ex Epistola ad Flavianum citata, et ex
Epistola 17. ad Theodosium, et ex Epistola 15. qua est instructio Concilii, in qua sic scripsit. Fra-
tres nostros Iulianum Episcopum, Pannatum presbyterum, et filium nostrum Hilarium Dia-
conum, cumque hijs Dulcitium notarium probare nobis fidei missi, qui uice nostra sancto
conuentui uestrae fraternitatis inuenerunt, et communi uobiscum sententia, que Domino sine
placitura constituant, hoc est, ut primitus pestifero ipsius errore damnato etiam de ipso, qui
impudenter errauit reprobatione traheretur. Cui post tot diffinitiones, post tamen apertam in-
structionem de damnando errore Euthy chensis illi contra approbauerunt, et susceperunt erro-
rem a Leone damnatum, et damnari iustum: et Dioscorus neque illos instructiones legi per-
missit in synodo, sed legatos etiam ipsos per uim cogere uoluit ad subscribendum suo errori,
ut idem Pontifex testatur Epistola 15. ad Theodosium, et 16. ad Pulcheriam, et probatum
est in Concilio Chalcedonensi sessione 1. ubi Ephesi acta recitantur, et examinantur, imo
et quod Episcopi per uim sub exhibere uoluerunt, antequam sententia synodi scriberetur.
Quare idem Pontifex Leo Epistola 43. ad Marianum Augustum de illo 12. Ephesino conuentu
loquens ait, non potest uocari Concilium quod in uersionem fidei ~~est~~ fuisse constat agi-
tatum, et in Concilio Chalcedonensi articulo 10. Paschasius, et reliqui legati Leonis: necessa-
re enim

Et enim (inquunt) ut rursus eundem sanctissimum et Christianissimum Principem
 adeamus, quatenus illud Concilium sacra et pia lege nec nominari precipiat, quos Anatho-
 lig Constantinopolitanus, et reliqui Patres tenuerunt iudicantes illam synodum Episcoporum
 2^{am} fuisse illegitimam: et Gelasius Papa in tomo de virgulis Anathematis appellavit Episco-
 pum Latrocinium, et Nicolaus 1^{us} ep^{us} ad Michaelem post medium: quomodo ergo quae
 2^a Concilium legitimum illud nobis obijciunt, quod tam aperte defecit in necessariis ut nec Con-
 cilij nomen tegete Leone promeretur, sed Latrocinij, teste Gelasio 113113.

Ad 2^o exemplum ex Concilio Basiliensi Respondes: illud Concilium fuisse illegitimum
 et ita vere conciliabulum, ad quod comprobandum sufficeret Bulla Pij secundi qui in minori
 6^{to} agens et appellat^{us} Aeneas Silvius illi Conciliabulo mordicus adhaerens postea resipuit, quae
 pro illo scripta reuocauit et tandem in antea illud fuisse illegitimum declarauit, et refert
 Julianum Cardinalem Sancti Angeli qui illi conciliabulo praesuit suum tandem errorem agno-
 uisse, illumq^{ue} Basiliensem conuentum sepius damnasse, et detestatum fuisse, et Eugenium 4^{to}
 adorasse, et Concilium Florentinum suscepisse. Nichilominus quia aliqui ex aduersarijs nris
 attentè rem considerantes nobis obijciunt aliquas illis conuentus sessiones fuisse legitimas, in qui-
 bus tamen decernendo errauit alijs repetitis principis demonstrandumeffe, nullampropterea sessio^{em}
 in qua editum sit decretum fuisse legitimam 113113.

Nam ut omittam quod Legatus Juliani Cardinalis, qui Basilea praesuit, submissio-
 nitionibus fuit, circa negotium vero Concilij generalis, quia in pluribus mutatio nem factam esse
 sentimus, omnia quae emergerint, vel ad notitiam tuam peruenerint celeriter nobis scribas
 cum consilio tuo, qualiter mitabis prouidendum, et agendum esse iudicatur significando nobis omnes
 illarum rerum statum particulariter particulariter et distincte, ita Eugenius 4^{us} ad praedictum
 Julianum in Bulla expedita anno Domini 1431. id. Martij, quam de legationis formam
 non reuocauit, sed potius confirmauit in alia Bulla expedita eodem anno kalendis Junij.
 Nam inquit de eadem Legatione loquens: iuxta tibi iniuncta, et ordinata in Concilio Constā-
 tiensi optime prouideas: contra quam vniuersa instructione esse, proponere et diffinire in con-
 sulto Pontifice illa omnia, de quibus in 2^o illis Concilij decretum est, nemo sanamente
 negare audebit atq^{ue} adeo planum relinquitur sessionem illam esse illegitimam et deere-
 tum illis manifeste nullum, sed in his non moror, longe apertius id ostendatur. 113113.

Item Eugenius 4^{us} v^o 1^o Nouembriis anni 1431. reuocauit dissoluitq^{ue} Concilium
 ut patet ex Bulla eiusdem data, quam refert Laurentius Surius tomo 4^o Conciliorum. p. 123.
 in impressione venetijs usq^{ue} anno Domini 1585 qua Bulla directa fuit ad eundem Julia-
 num legatum, inquit postquam Diuina clementia: sessio vna secunda, in qua erroneum de-
 cretum promulgatum est, celebrata fuit anno sequenti 1432. kalendis Martij. Unde uel cla-
 rius relinquitur sessionem illam fuisse illegitimam, et ipse conuentus Basiliensis 28^o 3^o cele-
 brata 29^o Aprilij sequentis ut in suo errore persistere declarauit praedictam reuocatio^{em}
 fuisse irritam, et nullam: ex quomodo sit illis contumacia et inobedientia et quod Legatus iam
 erat absque ulla Commissione et auctoritate Pontificis. Addidit errorem error^{is} 28^o 4^o Sabinae
 20^o die Junij in medietate sequentis, et deinceps. 113113

Quod cum misisset Papa praedictus Eugenius omnia acta illis conciliabuli reuocauit et
 annullauit, vel irrita esse declarauit anno Domini 1433. 29. Julij et 3^o Septembrij.



Bullę ad hoc publicę expeditę sub eadem data: referuntur ab eodem Surio ubi supra p. 459.
et sequentibus // 2 // 2 // 2

Sed quia ut refert Pius secundus in bulla retractationis supra citate, qui Basilee conuenerunt, obtulerunt, sponderuntque sanctissimo Eugenio Papę se reuocaturus omnia que contra illum, et sedem Apostolicam eiusque ministros decreuerant, si iterum ibi fieret Concilium: eodem anno 1433. Kalendis Augusti, iterum Eugenius annuit illi Concilio Basileensi, suam impartiens auctoritatem, ut legitime celebraretur, sub his tamen conditionibus. Statamen quod presidentes nostri ad prefatum Concilij presidentiam admittantur, ac omnia et singula contra personam auctoritatem, ac libertatem nostram et sedis Apostolicę, ac venerabilium fratrum nostrorum sanctę Romane Ecclesię Cardinalium, et aliorum quorumcumque nobis ad hoc entium facta et gesta per dictum Concilium prius omnino tollantur, et in pristinum statum reducantur. Et id Augusti committit quibusdam, ut omnia relaxata Concilij acta reuocent, et nullas irritas fuisse declarent. Bullę ad hoc expeditę referuntur ab eodem Surio p. 730. verum tamen idem sanctissimus Eugenius pro Belo pauly fidentis stipulationi, et sponcioni illorum, qui Basilee conuenerant cuius nunc memini utramque illam Bullam reuocatoriã de quibus supra præcedenti; videlicet expeditas 19 Julij et 18. Septembris reuocauit, et per aliam Bullam expeditam 14^{to} Decembris eiusdem anni 1433. quę refertur n. 16. eiusdem Concilij, non tamen conditiones sub quibus annuerat iterum illi Concilio Kalendis Augusti, neque commissionem certis quibusdam personis datam. 18. eiusdem mensis, ad reuocationem illam faciendam. Denique legatos suos sollemniter destinauit quos conueniens ille Basileensis, non uult admittere, nisi iuratis prius quibusdam iniquis et abusiuis conditionibus, ut patet ex n. 16. eiusdem; et n. 17. sequenti eorumdem facultatem iterum quibusdam editis decretis limitauit; quibus omnibus legati assentire noluerunt. Et n. 18. et sequentibus iam non inter fuerunt Concilio, uel eius Conciliabulo. Ex quibus omnibus superest, manifestum, nullam prorsus fuisse legitimam sessionem illius Concilij nisi forte primam, in quam nihil prorsus decretum est, nisi inuocatum esse Concilium; quare fuit refertur merito Leo X. idem conciliabulum uotale damnauit atque reiecit // 2 // 2 // 2.

Hęc sunt Patre Beatissime, quę pro utraq; diuina questione, et ueritatis elucidatione ex sacris fontibus, et Theologorum uirulę, uel saurire ponimus, uel libare: si illos ueram sanamque doctrinam sapiant, et reddant, ut credimus, Deo imprimis, illis deinde auctoribus, quorum ministerio accepimus referendum est: si uero aliquid minus certum erudiuimus, uel minus uerum spuliuimus, id tenuitati capis nostri dandum est, quem agnouimus quam sit exiguus, neq; enim exuberamus imbecillitatem nostram pallam pro fiteri. Parcat igitur pietas sanctitatis uestre, quicquid exiit minus limatum, minus ingenio perfectum, et industriis elaboratum, quam par est, ut hæc tractatum uultu nostra uestre sanctissimis manibus porrigeretur: decet namque Beatitudinem uestram, pro paterna sua charitate, filialiter condonare defectus, præsertim illos, quos ipsę aquibus processerunt, debiliore ingenij uires excurant: et pius integerque animus ueritatis studiosissimus culpam non

Sicut tenuitatem nostram agnoscimus, sic piū et religiosum animum non semel,
 aut iterum, sed sepiissime profitemur: numquam nouitati dediti fuimus, nisi illo
 quam seclatā, nisi quod ab antiquis, probatoribus q̄ authoribus receptum, à sanctis Silesiæ
 Patribus Haustum; ac perinde orthodoxe doctrina iudicaretur conformibus: nec mirum, quia
 in illa educati instituti sumus scholas, quæ numquam saltem sanam doctrinam nō sapuit,
 numquam tabido erroris veneno infecta est: credidit illas institutorum nostrorum re-
 ligiosæ doctrinæ, et doctæ religionis. spiritum nos duplicem ebuisse, cum iuuentuti in theo-
 logia exiendæ iam dudum præfuit; existimauimus et nos eorum disciplina imbutos esse:
 et sumus equidem intraq̄ proposita controuersia, à pluribus enim nostro sæculo gloriosis, quos
 Apostolica vestra sedes ad Episcopales munitus assumpsit; vel ad alia grauiā munera obeunda,
 in aliqualem sollicitudinis suæ partem ascuit, ab illis utramq̄ assertio nemo didimus: neque
 vlls saltem oppositum docuit in hac nostra schola Complutensi; quid quid contra iactent,
 qui nec illis limina salutauerunt. Itaq̄ parentum nostrorum vestigia prementes et in sacre-
 tes doctrinæ, in hanc itimq̄ sententiam si lapsus est perantiquus sanè est, ut qui ab ipsius scholæ origine
 traxit initium: imo et altiores vetustioresq̄ egisse radices, satis superq̄ demonstramus.
 Nec tamen idē contentiosè vltis insistimus, aut contumaciter proteruimus; sed solum cau-
 sam egimus, et = vtriusq̄ assertionis in publico theologicorum Gymnasio propositæ et per nos
 subscriptæ, et ad tribunal B. V. delatæ fundamētis aperuimus: in eumq̄ dumtaxat scopum
 omnia nostras testas collimauimus, ut in utraq̄ illa assertionē vel non defuisse probemus, vel
 si defuisse, nec slos, nec leuibz vitios fuisse monstremus: et quæ probac parte adducta sunt,
 si lucida esse, et splendida quod si verum lumen non sint, ut tales tamen à perspicacioribus
 oculis quam nostris iudicari potuerim. Sed omnī potenti Deo gratias, non quas debemus, sed
 quas possumus ex toto corde reperimus, quod hanc doctrinam nostram, maiorimq̄ que
 nostrorum ad Lydiū (quod aiunt) lapidem probari voluit: apud eum iudicem, apud
 sanctitatem inquam vestram causam agimus, quam cum Deus in Silesia sua inde-
 fectibile lumen constituerit cui nequeant tenebre offundi, in quocumq̄ euentu, si illi causa
 cadimus, siue potis obtinemus, vtri compes euadimus: nam veritatem, cui toto pectore reimplia-
 mus, indubitanter inuenimus. Quare iudicio Apostolice vestri iterum atq̄ iterum subij-
 cimus, non modo quæ diximus sed quæq̄ intelligimus, quæq̄ sermimus; si dicta nostra appro-
 bat approbamus: si respuit pariter respuimus: certa namq̄ fide credimus caput vniuer-
 salis Silesiæ et Legitimum Petri, Successorem ^{Apostoli} ~~Apostoli~~, qualis tu es Clemens Beatissime,
 in his, quæ fidei, et morum sunt, iudiciali potestate decernentem errare non posse.

